SIDNEY I. SMITH,
New Haven, Conn.

L 64

CAROLI LINNÆI

EQUITIS DE STELLA POLARI,

ARCHIATRI REGII, MED. ET BOTAN. PROFESS. UPSAL.
ACAD. UPSAL. HOLMENS. PETROPOL. BEROL. IMPER.
LOND. MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOC.

ANIMALIUM SPECIERUM

IN

CLASSES, ORDINES, GENERA, SPECIES

METHODICA DISPOSITIO,

ADDITIS

CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS
atque SYNONYMIS,

accommodata ad SYSTEMA NATURÆ & in formam
enchyridii redacta, ſecundum
decimam Holmenſem editionem.

MARINE BIOLOGICAL LIBRARY WOODS HOLE MASS.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud THEODORUM HAAK,
MDCCLIX.

1759

LECTOREM
BENEVOLUM
SALUTAT BIBLIOPOLA.

Quantum ex Rerum Naturalium indagatione Generi Humano redundat utilitatis, jam me multo Solertiores in hoc ſtudiorum genere explicarunt Viri; Hinc haud mirum, quod tam multi earum ſcrutino ſeſe dederint, atque in Filis quaſi Ariadneis ſeſe inplicitos comprehenderint præ maxima ſubjectorum Copia atque Varietate; &, ne Tirones in extenſiſſimo Naturæ campo deperditos ſe irent, Normas ſeu Syſtemata conſcripſerint, ſecundum quæ Naturæ objecta ad ſua genera juſtasve familias facile ſubducerentur: Pro diverſo autem Auctorum conceptu varia orta ſunt Syſtemata, qualia quotidie producuntur; Nos non minus huic ſtudio faventes itidem Anno præcedenti MDCCLVI *minori charactère impreſſimus atque publici juris fecimus Syſtema Naturæ a Cl* LINNÆO *concinnatum, ut Tirones eo tanquam Enchyrydio quodam uterentur in examine rerum naturalium:*

Quam editionem non minus avide quam grate recepere curioſi. Nunc autem ab incomparabili atque Indefeſſo Naturæ Scrutatore LINNÆO *prolatas Animalium Species haud dubitavimus eadem forma atque norma, qua mox laudatam editionem ſyſtematis curavimus, recudere: Idcirco ne volumine nimis excreſſeret, atque ut prioris editionis Regnis Vegetabili Lapideoque adjungi poſſet, contraximus materias, enumeravimusque aliquot millia Specierum Animalium, junctis varietatibus, additis paucis at ſelectiſſimis ſynonymis, nec non deſcriptionibus breviſſimis Naturam illuſtrantibus; Sepoſuimus vero, ne nimis volumen increſceret, ſuperficiaria atque alibi jam allegata Synonyma, nec non nova Trivialia nomina a Cl. Auctore excogitata.*

Unicum adhuc illud Tibi B. L. indicare debeo; Poſt ſingula Animantia a Cl. LINNÆO *nec dum viſa, ut Naturæ Conſulti ad ea examinanda incitarentur, additum eſſe tale ſignum* (†).

Si itaque haud ingratum Curioſis Zoophylis me præſtitiſſe factum percipiam, ſtimulus mihi addetur ut in poſterum nova detecta denuo publicem. Hunc igitur qualemcumque libellum benevole acccipe, eo utere atque fruere, vale mihique fave.

INTROITUS.

Homo mundi intraturus theatrum quæritur *Quis* ſit? *undè ortus?* e ſtemmate Creationis; *Quo tendat?* ad vitam beatam; *Quid hic?* intueri naturam; *Quo munere?* curioſum eſſe ſimilemque quidem reliquis animantibus (quæ vorant, ludunt, pruriunt, generant, multiplicantur, dormiunt, commoda ſtabula quærunt, proximis ſui generis inſerviunt, vitam tuentur, ſentiunt, percipiunt,) ſed nobiliorem, utpote qui meditatur, ratiocinatur, miratur pulchrum ſapientis opus Artificis. O quam contemta res eſt homo, niſi ſupra humana ſe erexerit! Quid enim erat cur in numero viventium ſe poſitum gauderet? an ut Cibos & Potiones percolaret? ut hoc corpus caſurum periturumque farciret? quæ tanta neceſſitas in fundum telluris intimæ hominem merſit, ut oblitus dierum, oblitus fortunæ melioris, ab hoc ſe averteret? Puto certe, multos ad ſapientiam perventuros, niſi ſuperbia magnæ fortunæ inflati, putaſſent ſe perveniſſe; ſapiens utique eſt, qui fines reſpicit.

Finis Creationis *telluris eſt gloria* DEI *ex Opere* Naturæ *per* Hominem *ſolum.*

Tanto igitur magis noſſe Naturam opere pretium, quo nullum majus eſt! neque enim quidquam habet in ſe hujus materiæ tractatio pulchrius, cum multa lateant futura uſui, quam quod hominem Magnificentia ſua detinet, nec mercede, ſed miraculo colitur!

Quota enim pars operis Tanti noſtris oculis committitur, & quam multa, præter hæc, quæ vidimus, in ſecretum eunt nunquam humanis oculis orientia; neque enim omnia DEUS humanis oculis nota fecit. Multa etenim ſunt quæ eſſe audivimus, qualia autem ſint ignoramus! quamque multa hoc primum cognovimus ſeculo! & quidem multa venientis ævi populus, ignota nobis, ſciet! multa ſeculis tunc futuris, cum memoria noſtri exoleverit, reſervantur; veniet tempus, quo iſta quæ nunc latent, in lucem dies extrahat & longioris ævi diligentia. Rerum enim Natura ſacra ſua non ſimul tradit; initiatos non credimus, in veſtibulo ejus hæremus; illa arcana non promiſcue, non omnibus patent! reducta & interiori ſacrario clauſa ſunt; involuta veritas in alto latet.

Si in hoc Juventus ſobria incumberet (*), hoc Majores docerent, hoc Minores addiſcerent, vix tamen ad fundum veniretur, in quo veritas poſita eſt, quam nunc in ſumma Tellure, & levi manu quærimus. Magni omnino res eſt rerum Naturæ latebras dimovere, nec contentum exteriore ejus conſpectu, introſpicere & in Divina ſecreta deſcendere. *Senec.*

Intravi itaque denſas umbroſaſque Naturæ *Sylvas*, hinc inde horrentes acutiſſimis & hamatis ſpinis, evitavi quotquot licuit plurimas, at neminem tam eſſe circumſpectum didici, cujus non diligentia ſibi ipſi aliquando excidat, ideoque ringentium Satyrorum cachinnos, humeriſque inſilentium ſimiolorum ſpeculationes ſuſtinui, inceſſi viam & quem dederat curſum fortuna peregi.

IMPE-

(*) *Confer Worm. muſ. præfat.* I.

29151

IMPERIUM NATURÆ.

DEUM *ſempiternum*, *omniſcium*, *omnipotentem* a tergo tranſeuntem vidi & obſtupui! legi aliquot Ejus *veſtigia* per creata rerum, in quibus omnibus, etiam minimis, ut fere nullis, quæ Vis! quanta Sapientia! quam inextricabilis Perfectio! Obſervavi *Animalia* inniti vegetabilibus, *Vegetabilia* terreſtribus, *Terreſtria* telluri; *Tellurem* dein ordine inconcuſſo volvi circa ſolem, a quo vitam mutuatur; *Solem* demum circa axin gyrari cum reliquis *Aſtris*, ſyſtemaque *Siderum*, ſpatio & numero vix definiendum, mediante motu in vacuo nihilo ſuſpenſum teneri ab incomprehenſibili *Movente primo* ENTE ENTIUM (a), *Cauſſa cauſſarum*, *Cuſtode Rectoreque univerſi*, *mundani hujus operis Domino & Artifice. Vis illud* FATUM *vocare*, *non errabis*, *eſt ex quo ſuſpenſa ſunt omnia. Vis illud* NATURAM *vocare*, *non errabis*, *eſt ex quo nata ſunt omnia: Vis illud* PROVIDENTIAM *vocare*, *recte dices*, *eſt cujus conſilio mundus actus ſuos explicat* (b); *totus eſt* SENSUS, *totus* VISUS, *totus* AUDITUS, *totus* ANIMÆ, *totus* ANIMI, *totus* SUI; *hujus* EXTERA *indagare non capit humanæ conjectura mentis* (c); NUMEN *eſſe credi par eſt*, *æternum*, *immenſum*, *neque genitum*, *neque creatum* (d). *Hoc ſine quo nihil eſt*, *quod totum hoc fundavit & condidit*, *quodque oculos noſtros & implet & effugit*, *cogitatione tantum viſendum eſt*; *in ſanctiore enim ſeceſſu Majeſtas tanta delituit*, *nec ulli dat aditum niſi animo.* (e)

MUNDUS complectitur omnia ſub Jove, quæ in notitiam noſtram per ſenſus cadere poſſunt; ſunt hæc *Aſtra*, *Elementa*, *Tellusque* inenarrabili velocitate circumacta; *horum inoffenſam velocitatem procedere videmus æternæ legis imperio*, *nec eſſe temere errantis hunc ordinem*, *neque quæ temere coiverunt tanta arte pendere*, *ut terrarum graviſſimum pondus ſedeat* (*quaſi*) *immotum & circum ſe properantis cœli fugam ſpectet.* (f)

ASTRA ſunt remotiſſima corpora lucida, quæ gyrantur motu perpetuo; ſunt hæc aut SIDERA propria luce radiantia, ut *Sol*, remotioresque *Stellæ fixæ*; aut PLANETÆ a ſideribus lucem mutuantes, quorum primarii Solares; *Saturnus*, *Jupiter*, *Mars*, *Tellus*, *Venus*, *Mercurius*: ſecundarii obſecundantes Planetis, ut *Luna* Telluri, aliique; *nec poſſe ſine Cuſtode tantum opus ſtare*, *nec hunc ſiderum diſcurſum fortuiti impetus eſſe*, *nam quæ caſus incitat ſæpe turbari & cito arietare.* (g)

ELEMENTA ſunt corpora ſimpliciſſima, atmoſphæram Planetarum conſtituentia, ſpatia inter Aſtra forte replentia:

TERRA	*opaca*,	*fixa*,	*frigida*,	*quieſcens*,	*ſterilis.*
AQUA	*diaphana*,	*fluida*,	*humida*,	*penetrans*,	*concipiens.*
AER	*pellucidus*,	*elaſticus*,	*ſiccus*,	*obvolitans*,	*generans.*
IGNIS	*lucidus*,	*reſiliens*,	*calidus*,	*evolans*,	*viviſicans.*

Omnium Elementorum alterni recurſus ſunt, *quidquid alteri perit in alterum tranſit*; *alternæ ſunt vices rerum.* (h)

TELLUS eſt globus planetarius horis 24 rotatus, circum Solem quotannis

in

(a) *Ariſtoteli.* (b) *Senec. quæſt. II:* 45. *hoc reſpectu*, *ſed caute*, *ne effectus ſumatur pro cauſſa.* (c) *Exod. XX:* 4. (d) *Plin. Nat. II. t.* 7. (e) *Senec. VII:* 31. (f) *Senec. I:* 1. (g) *Senec.* (h) *Senec. III:* 10.

in orbem actus, *Elementorum* atmoſphæra obvelatus, rerum *Naturalium* ſtupendo cortice tectus, cujus cognoſcendæ ſuperficiei ſtudemus. Globus hic terraqueus eſt, cujus depreſſiorem partem Aquæ inundant, & *Mare* lente coarctandum; elatiorem vero aquæ fugiunt ſenſim dilatandam in *Continentem* ſiccam habitabilem. Hæc Aquarum halitu, vi Aëris in *nubes* acto, irroratur, ut ſummi montes perennique nive Alpini *Scaturigines* in *Fluvios* perennes concurrentes, eamque permeantes, potum terreſtri cibo addant in alimentum incolarum, dum *Venti* motum excitant *Ignis* calore vivificatis corporibus. *Sic omnia adjuvabunt Naturam, ut naturæ opera peragantur* (i).

Naturalia ſunt corpora cuncta Creatoris manu compoſita, corticem Telluris conſtituentia, in Regna Naturæ tria diviſa, quorum limites concurrunt in Lithophytis.

Lapides corpora *congeſta*, nec viva, nec ſentientia.
Vegetabilia corpora *organiſata* & *viva*, non ſentientia.
Animalia corpora *organiſata* & *viva* & *ſentientia*, ſponteque ſe moventia. *Tota* enim *hujus mundi concordia ex diſcordibus conſtat* (k); *nec ad unam Natura formam opus ſuum præſtat, ſed in ipſa varietate ſe jactat* (l).

Homo ſapiens, creatorum operum perfectiſſimum, ultimum & ſummum, in Telluris cortice, Majeſtatis Divinæ ſtupendis indiciis obtecto, conſtitutus, ſecundum ſenſus judicans artificium, admirans pulchritudinem, veneraturus Auctorem. Retrogrediendo per generationes multiplicatas videt *Creatorem*; Progrediendo per conſervationem multiplicandam videt *Naturam*; ad utrumque invitant Pulchritudo, Mechaniſmus, Nexus, Fines, Commoda. Sic *totus Mundus gloria divina plenus eſt* (m), *dum omnia creata opera Deum glorificant per hominem* (n), qui ex inerti humo, Dei manu vivificata contemplatur Auctoris ſui Majeſtatem ex fine creationis, dignus hoſpes conſtitutus Summi Entis præco. *Hæc contemplatio Naturæ evadit præſentia voluptatis cœleſtis, cujus particeps Animus in luce obambulat & tanquam in terreſtri cœlo vitam degit* (o); *Nec pietas adverſus* Deum, *nec quanta Huic gratia debeatur, ſine explicatione Naturæ intelligi poteſt* (p).

Sapientia, divinæ particula auræ, ſummum eſt attributum Hominis Sapientis. Primus Sapientiæ gradus eſt, res ipſas noſſe. Notitia conſiſtit in vera *idea* objectorum, qua ſimilia a diſſimilibus diſtinguuntur *notis* propriis, a Creatore rebus inſcriptis; hanc notitiam ut cum aliis communicet, *nomina* propria non confundenda ſingulis diverſis imponat; Nomina enim ſi pereunt, perit & rerum cognitio. Hæc literæ elementaque erunt, quibus deſtitutus nemo naturam legerit; quum *ignorato genere proprio, nulla deſcriptio quamvis accurate tradita, certum demonſtret, ſed plerumque fallit* (q).

Methodus, anima Scientiæ, ſiſtat notas proprias rebus inditas ſyſtematice digeſtas; Syſtema apte quinquies tantum ſubdividitur: ſic

Claſſis,	*Ordo*,	*Genus*,	*Species*,	*Varietas.*
Genus ſummum,	*G. intermedium*,	*G. proximum*,	*Species*,	*Individuum*
Provinciæ,	*Territoria*,	*Parœciæ*,	*Pagi*,	*Domicilium*
Legiones,	*Cohortes*,	*Manipuli*,	*Contubernia*,	*Miles.*

Niſi enim in ordines redigantur & veluti caſtrorum acies diſtribuantur, tumultu & fluctuatione omnia perturbari neceſſe eſt (r).

Nomina

(i) *Senec. III:* 29. (k) *Senec.* (l) *Senec. VII:* 27. (m) *Eſa. VI:* 4. (n) *David CXVIII.* (o) *Act. holm.* (p) *Cicero.* (q) *Cæſalpinus.* (r) *Cæſalpinus.*

NOMINA reſpondeant Methodo Syſtematicæ, ſint itaque
Nomina *Claſſium*, *Ordinum*, *Generum*, *Specierum*, *Varietatum*;
Characteres *Claſſium*, *Ordinum*, *Generum*; *Specierum*, *Varietatumque*.

Differentiis definita, nam nomina noſce oportet qui rem ſcire velit, *confuſis enim nominibus omnia confundi neceſſe eſt. Nominum ideoque impoſitio primi hominis in aurea ætate actio erat.*

SCIENTIA Naturæ innititur Cognitioni Naturalium Methodicæ & Nomenclaturæ Syſtematicæ tamquam filo Ariadneo, ſecundum quod Naturæ meandros unice tutoque permeare liceat.

Ordo alius ſtruentis eſt, alius eſt inhabitantis. Creator incepit a ſimplicisſimis elementis Terreis, per Lapides, Vegetabilia, Animalia in Hominem deſiit. Homo autem incipiat a ſe ipſo, deſinat in Terram. Auctor Syſtematis a particularibus ad univerſalia adſcendat; Doctor vero contra a generalibus ad ſpecialia deſcendat. Fontes enim concurrunt in rivos, hi in fluvios; adſcendat autem nauta quousque poterit, nec tamen fontium ultimas origines attinget. Data diſtincta rerum cognitione ulterius penetrandum in Specialiſſimas Proprietates, Phænomena, Myſteria, Dotes, Vires, Uſus; Naturalis quum Scientia trium regnorum Fundamentum ſit omnis Diætæ, Medicinæ, Oeconomiæ tam privatæ quam ipſius naturæ. *Felices agricolæ bona ſi ſua norint.*

Omnes res creatæ ſunt divinæ ſapientiæ & potentiæ teſtes, divitiæ felicitatis humanæ; ex harum uſu *bonitas* Creatoris; ex pulchritudine *Sapientia* Domini; ex oeconomia in *Conſervatione*, *Proportione*, *Renovatione*, potentia *Majeſtatis* elucet. Earum itaque indagatio ab hominibus ſibi relectis ſemper æſtimata; a vere eruditis & Sapientibus ſemper exculta; perverſe doctis & barbaris ſemper inimica fuit.

REGNUM ANIMALE.

ANIMALIA organiſatione viva, nervis *ſentiunt*, *percipiunt*, ſeque ex arbitrio *movent* motu poſſibili.

VIVENTIA ſingula, in multiplicatione prodiga Natura, orditur a minimis, generat in fluido, incipit in ovi liquido, cum *omne vivum ex ovo.*

OVUM intra *Tunicas*, ſæpe includentes *Albumen*, continet *Vitellum*, cujus lateri emergenti inſertum *Punctum* ſaliens, *vegetans* in Embryonem, *cauleſcentem* Funiculo umbilicali, *radicatum* placenta vitellina.

MATER prolifera promit ante generationem vivum compendium novi animalis ſuique ſimillimi, tamquam plumulam intra ſemen vegetabile; hoc Patris polline ſpermatico electriſatum calore excluditur; Punctum ſaliens enim Ovi incubantis Avis oſtendit primum Cor micans Cerebrumque cum Medulla; corculum hoc, ceſſans a frigore, excitatur calido halitu, premitque Bulla aërea, ſenſim dilatata, liquores ſecundum canales fluxiles. *Punctum vitalitatis* itaque in viventibus eſt tantum a prima creatione continuata vitæ ramificatio, cum ovum ſit gemma matris ab exordio viva, licet non ſentiens ante fœcundationem; ſic *Generatio Æquivoca nulla.*

CORPUS Animantium compoſita eſt machina:
NATURALIS, vegetat e cranii *Tubere* cruſtato, *Caule* verticali, articulato,

to, rigido, oppoſite ramoſo, cui inſident *Folia* carnoſa, fibroſa, ſparſa, apicibus etiam affixa in Muſculos, prodeunte *Fructificatione* genitalium e dichotomia ultima caulis.

Vitalis, e *Bulbo* Cordis perpetuo mobili, *radicata* vaſis lacteis intra tubi inteſtinalis ſterquilinium, *ramificatur* ad caulem naturalem duplici canali circulante, ne ſuccus alimentaris quavis tempeſtate & ſtatu deficiat.

Animalis, e *Bulbo* Cerebri repentisque Medullæ, indolis incognitæ, ſedis cogitantis, Fila ſimpliciſſima, electrica ad fibras omnes irritabiles exſerit, per quæ cogitans ſentit & movet.

Organa ſenſuum machinæ ſunt phyſicæ, inſertæ extremitati nervi, ſenſorio cerebri proximi, quibus divina arte percipit Animal:

Oculus: *Camera obſcura* imaginem proportione, figura, colore depingens.

Auris: *Tympanum* membranæ corda tenſæ ſuper cochleam, a motu ætheris tremens.

Nasus: *Membrana* latiſſima, humida, contortuplicata, aëris perreptantis volatilia figens.

Lingua: *Spongiolæ* bibulæ, ſparſæ, humido ſolutum attrahentes.

Tactus: *Papillæ* molliuſculæ, figuram impreſſam brevi aſſumentes.

His gaudent plurima Animalia, ſed non omnia. Plura ſi Creatori addere placuiſſet, plura percepiſſent; uti Magnete præſentiam Ferri, Electro electricitatis phænomena. *Antennas* Inſectis ſolis conceſſit, nobis æque ignotas ac illis Aures.

Indicat *Oculus* ex luce, *Auris* ex æthere appropinquantia; Percipit *Tactus* ex unione ſolida præſentia; Examinat *Naſus* volatilia nervis, *Lingua* ſolubilia fibris, aſſumenda: ſ. conceſſa ſalutaria, ſ. vetita noxia.

Cogitans allicit ad *velle* gratum, aut *nolle* ingratum.

Gaudium	puerile,	ſanguineum,	rubrum,	oleoſum,
	ſpongioſum,	tepidum,	libere pulſans,	anhelans,
	ridens,	tranſpirans,	promtum.	*Vita.*
Metus	juvenilis,	phlegmaticus,	palleſcens,	aquoſus,
	laxus,	horrens,	debile pulſans,	dyſpnoicus,
	ſuffocans,	cacans,	tremens.	*Morbus.*
Ira	virilis,	cholerica,	fuſca,	ſpirituoſa,
	ſtricta,	fervens,	dure pulſans,	aſthmatica,
	ſtertens,	micturiens,	agitans.	*Medicina.*
Moeror	ſenilis,	melancholicus,	ater,	acidus,
	rigidus,	frigidus,	tarde pulſans,	orthopnoicus,
	ſuſpirans,	obſtipans,	quieſcens.	*Mors.*

Sic *Gaudium* bonis fruitur, *Metus* fuga *eripit*, *Ira* armis defendit, *Moeror* amiſſa luget.

Imperantium cauſſa quemadmodum Populi non ſunt nati, ſed ſubditorum ordini ſervando Imperantes conſtituti, ita Vegetabilium cauſſa Animalia Phytiphaga, Phytiphagorum Carnivora, & ex his Majora ob parva, Homo (qua animal in œconomia naturæ) ob maxima & ſingula, ſeſe vero præcipue, ſæva mercede conducta tyrannidem exercent, ut Proportio cum nitore Reipublicæ naturæ perennet. Viciſſim ſinguli cives conſpirant in Majeſtatem Hominis rationalis imperantis, cujus eſt ſummum Reipublicæ auctorem agnoſcere.

Res Publica Naturæ, tanquam Aqua e Fontibus in Rivulos, Amnes, Fluvios

vios ad Mare tranans, e numeroſiſſima *Plebe* in pauciores *Nobiles*, pauciſſimosque *Magnates* ad *Imperantem* adſcendit, dum Animalia minima, numero, vi, potentia facile infinita, in uſum cedant majoribus, inertioribus, præſtantioribus, cum natura nunquam magis quam in minimis tota ſit.

OPERATIONES incolarum præcipuæ ſunt: 1. *Multiplicare* Speciem, ut negotiis ſufficiant. 2. *Auferre* immunda, cadavera, languida, conſpurcata, ſtagnantia, acida, putrida, ut nitor aulæ fulgeat. 3. *Detondere* quotannis vegetabilia, ut renovetur annuum theatrum; 4. *Æquilibrium* inter Species Animalium & Vegetabilium ſervare, ut proportio perennet. . *Vindicare* ſe ipſos ab interitu, ne vacet adminiſtratio.

MINISTRI, propriis muniis præfixi, tot ſunt, quot animalium *Species*, ſinguli ad officia proprio commodo allecti, quum ex labore ſuſtentationem ſuam reportent; ne quidquam deficiat, ubi nihil ſupervacaneum. Ne autem alter alterius negotiis ſeſe immiſceat, ſimulque lucrum alteri praeripiat; ſub pœna capitali ſancita *Lex*, ipſa ſenſibus, Olfactus imprimis & Guſtus, inſcripta, ne transgreſſores excuſabiles evaderent. Sic rapina rerum omnium eſt, quam Armis, Fulcris, Munimentis, Halitu eludunt vivaciora, dum Languida ſuccumbant, & Vegetiora in motu feſtinent, ut opus naturæ perenni flore rideat.

IMPULSORES etiam præfixi ad munera promte peragenda: Blanda *Venus* ad propagationem irritat; Avara *Fames* ad ſuſtentationem impellit; Atrox *Dolor* ad conſervationem cogit; neque hæc ſine Numine.

DIVISIO Naturalis Animalium ab interna ſtructura indicatur:

COR biloculare, biauritum; *Sanguine* calido, rubro.	viviparis	*Mammalibus.*
	oviparis	*Avibus.*
COR uniloculare, uniauritum; *Sanguine* frigido, rubro.	pulmone arbitrario	*Amphibiis.*
	branchiis externis	*Piſcibus.*
COR uniloculare, inauritum; *Sanie* frigida, albida.	antennatis	*Inſectis.*
	tentaculatis	*Vermibus.*

I. MAMMALIA.

Cor biloculare, biauritum; Sanguine calido, rubro. (*)
Pulmones reſpirantes reciproce.
Maxillæ incumbentes, tectæ.
Penis intrans viviparas, lactantes.
Senſus: Lingua, Nares, Tactus, Oculi, Aures.
Tegmenta: Pili, pauci indicis, pauciſſimi aquaticis.
Fulcra: Pedes quatuor, exceptis mere aquaticis, *in quibus pedes poſteriores in caudæ pinnam coaliti.*

II. AVES.

Cor biloculare, biauritum; Sanguine calido, rubro.
Pulmones reſpirantes reciproce.
Maxillæ incumbentes, nudæ, exſertæ, edentulæ.

Penis

(*) In omnibus animalibus, quibus ſanguis non calet, ventriculus cordis eſt unicus. *Hall. Boerh. I. p.* 117, 191. Miratus itaque quod duos ventriculos cordis Crocodilo adſcribat *Haſſelquiſt itin.* 293.

Penis ſubintrans abſque ſcroto oviparas cruſta calcarea.
Senſus: Lingua, Nares, Oculi, Aures abſque auriculis.
Tegmenta: Pennæ incumbentes, imbricatæ.
Fulcra: Pedes duo. Alæ duæ.

III. AMPHIBIA.

Cor uniloculare, uniauritum; Sanguine frigido, rubro.
Pulmones ſpirantes arbitrarie.
Maxillæ incumbentes.
Penes bini. Ova plerisque membranacea.
Senſus: Lingua, Nares, Oculi, multis Aures.
Tegmenta coriacea nuda.
Fulcra, varia variis, quibusdam nulla.

IV. PISCES.

Cor uniloculare, uniauritum; Sanguine frigido, rubro.
Branchiæ extus comprimendæ.
Maxillæ incumbentes.
Penes nulli. Ova abſque albumine.
Senſus: Lingua, Nares? Oculi (non Aures).
Tegmenta: Squamæ imbricatæ.
Fulcra: Pinnæ natantes.

V. INSECTA.

Cor uniloculare, inauritum; Sanie frigida.
Spiracula: Pori laterales corporis.
Maxillæ laterales.
Penes intrantes.
Senſus: Lingua, Oculi, Antennæ in capite abſque cerebro. (non Aures, Nares).
Tegmenta: cataphracta cute oſſea ſuſtentante.
Fulcra: Pedes, quibusdam Alæ.

VI. VERMES.

Cor uniloculare, inauritum; Sanie frigida.
Spiracula nulla?
Maxillæ multifariæ, variæ variis.
Penes varii Hermaphroditis Androgynis.
Senſus: Tentacula, Caput nullum (vix Oculi, non Aures, Nares).
Tegmenta interdum calcarea vel nulla, niſi Spinæ.
Fulcra: nulli Pedes aut Pinnæ.

CLASSIS I.

MAMMALIA.

MAMMALIA *hæc & nulla alia mammata* Animalia, ex ſtructura, viſceribus, organis homini proxima, pleraque *Quadrupedia*, nobiſcum Continentem inhabitant, tanquam inter hoſtes atrociſſimos, dum pauca *Pinnata* intra Pelagum ſe ſubducunt.

VESTITUS Quadrupedium e *Pilis* flexilibus, molliſſimis, diſtinctis, injuriæ minus obnoxiis; iisque fertilioribus in frigidis quam æſtuantibus terris. Hi vero Pili in *Aculeos* coaliti (Erinaceo, Hyſtricibus), aculei explanati in *Squamas* (Mani), Squamæ coadunatæ in *Scutum* (Daſypis); at pilorum Vellus ſæpe diſtinctum *Suturis* (Cani, Equo), quæ elongatæ in *Jubam* (Equo, Sui); Sed Aquatica *nuda* evaſere, ne madefierent, niſi in terram exire aliquando neceſſe habeant. Præterea Facies ſæpe *Verrucis*, Labia *Vibriſſis*, Mentum *Barba* (Homini, Simiæ, Capræ) & Pedes *Callis* non raro notata ſunt.

FULCRA, motus inſtrumenta, pro expeditiori fuga in evitando hoſtem, aut aſſequendo prædam TERRESTRIBUS ſunt *Pedes* IV, quorum anteriores *Palmis* inſtruuntur, interdum tanquam *Manus* remoto pollice diviſæ (Primatibus, Didelphibus); Poſteriores autem *Plantis*, ut validius properarent, & hi vel *Palmati* digitis membrana connexis, ut natarent, vel *Fiſſi* digitis ſeparatis, ut facilius currerent, aut *Talis* innixi, ut firmius perſiſterent (Homini, Urſo); Ne vero fuga detererentur inter aſpera, vel denſo vellere manicati (Lepori n. 1. Vulpi n. 6. Bradypis), vel *Ungulis* tanquam calceis induti ſunt digiti (biſulcis Pecoribus, Suibus) qui etiam *ſuccenturiatis* muniti talis, vel *Solipedes* indiviſis pedibus (Equis); ſed in *manibus* ſæpe ungues plani, orbiculati (Homini, Simiis, Lemuribus); At vero rapaciores Feræ *unguibus* armatæ ſubulatis ut prædam apprehenderent, lacerarent, terramque foderent; ſed *Volantia* vel manibus elongatis palmatisque aëra ſcandunt (Veſpertiliones), vel membrana inter palmas plantasque expandenda, velificant (Lemur, Sciurus, Mus). Aliter AQUATICA, quorum brachia intra latus retracta, & femora poſtice coadunata plantis in caudam horizontalem (Cetis).

ARMA Mammalium præter dictos ungues, nominandosque Dentes, imprimis *Cornua* cartilaginea capiti inſerta ſunt; hæc vel *ſolida* perennia (Rhinoceroti), vel *ramoſa* annua, primumque piloſa apiceque creſcentia (Cervis), vel *cava* vaginantia baſique creſcentia (Bobus, Capris, Ovibus).

CIBARIA inſtrumenta *Dentes* audiunt, qui triplices: *Primores* ſæpe compreſſi inciſores pro evellendo, rodendo, conſcindendo; *Laniarii* conici longiores pro lacerando; *Molares* latiores pro conterendo, & hi obtuſi Phytiphagis, acutiores Carnivoris; at *edentula* ſolæ Myrmecophagæ & Manis evaſere.

UMBRACULUM eſt *Cauda*, qua turpiſſimæ abſconduntur partes; hæc paucis *nulla* (Homini, Simiis & Muribus nonnullis), *abbreviata* nec femoribus longior (Lepori, Satyro, Talpæ, Erinaceis), *elongata* ad pedum longitudinem & ultra (Canibus, Muribus, &c); harum ſingulæ vel *Nudæ*

(Muri-

(Muribus), vel *Prehenſiles* convolvendæ proque quinta manu inſervientes (Simiis, Hyſtrici, Didelphibus), vel *Comoſæ* longis ſetis (Equis, Bobus), vel *Flocceſæ* apice penicilliformi (Leoni mari, Muri n. 13.), vel *Diſtichæ* utrinque piloſæ (Sciuris, Myrmecophagæ).

CUSTODES Animalium *Senſus* ſunt pro conſervatione individui; ſed terreſtribus Aures inſtructæ *Auriculis* varia figura lobatis, pro acutiore auditu; Aquaticis vero auriculæ nullæ; *Naſus* figura varia interdum elongatus in *proboſcidem* (Elephanti, Beſtiis), ſitus ſupra Labium ſuperius *fiſſum* (Gliribus) aut *lacunoſum* (plerisque).

GENITALIUM curioſior indagatio abominabilis diſplicet, quamvis varia & ſingularis Clitoride, Nymphis, Scroto, Pene, qui tamen poſſet ad ordines naturales viam monſtrare.

VENERE *Vaga* pruriunt pleraque, ubi Mares dimicant inter ſe, quo valentiores polleant pro ſobole vivaciore, ineuntes feminas viviparas fœtum intra ſe excludentes, quem enixum lactant, defendunt, curant in proximas nuptias, adultioremve ætatem. *Polygama* autem nonnullis, ubi Mas gynæceum ex pluribus feminis ſibi aſſociatis defendit (Phocæ); pauciſſimis vero *Monogamia* eſt, dum Mas & Femina individui ſocii curam gerunt fœtus (Simiæ nonnullæ, Lemur, Veſpertiliones, Erinaceus).

MAMMÆ lactantes feminis omnibus, etiam Maribus (excepto Equo) numero determinatæ; *Pectorales* (Primatibus, Cetis); *Abdominales* (Didelphibus, Phocis); *Inguinales* (Pecoribus, Belluis); *Abdominales Pectoralesque* ſimul (Gliribus pluribus); *Longitudinaliter* digeſtæ (Suibus aliisque), at ſæpius *binæ* pro ſingulo fœtu ordinario.

COLUNTUR varia imprimis Pecora ob *Carnes*, *Lac*, *Corium*, *Vellera*, *Pinguedinem*; ad *Onera* vero Equus, Camelus, Elephas, inſtituuntur Feræ variæ pro *venatu*, *muribus*, *ſerpentibus*; Vivariis aſſervantur rariora.

ORDINES imprimis a dentibus deſumuntur:

MAMMALIA
- Quadrupedia, (*unguibus armata*) Dentibus Primoribus
  - nullis utrinque — — *Bruta.* 2.
  - — ſuperioribus, inferioribus pluribus — — *Pecora.* 6.
  - duobus; laniariis nullis — *Glires.* 5.
  - pluribus; laniariis
    - uno pluribus — *Beſtiæ.* 4.
    - ſolitariis primoribus ſuperioribus.
      - quatuor *Primates.* 1.
      - ſex obtuſis *Bellua.* 7.
      - — acutis *Fera.* 3.
- Pinnata (*mutica absque unguibus*) pinnis loco pedum inſtructa — — *Cete.* 8.

I. PRIMATES.

Dentes primores ſuperiores *IV. paralleli.* Laniarii *ſolitarii.*
Mammæ *pectorales*, *binæ.*
Palmæ *Manus ſunt.*
Brachia *diducta claviculis*, *inceſſu tetrapodo valgo.*
Scandunt *arbores earumque gazas legunt.*

II. BRUTA.

Dentes primores *nulli ſuperius aut inferius.*
Inceſſus *ineptior.*

III. FERÆ.

Dentes primores *utrinque: ſuperiores VI. omnes acutiores.* Laniarii *ſolitarii.*
Ungues *pedum acuti.*
Victus *ore ſævientium e cadaveribus, rapina.*

IV. BESTIÆ.

Dentes primores *utrinque numero indeterminato.* Laniarii *ſemper uno plures.*
Naſus *elongatus, fodiens.*
Victus *e ſuccoſis radicibus, vermibus.*

V. GLIRES.

Dentes primores *ſuperius inferiusque duo.* Laniarii *nulli.*
Pedes *curſu ſalientes.*
Victus *rodendo cortices, radices, vegetabilia,* &c.

VI. PECORA.

Dentes primores *inferiores plures; ſuperiores nulli.*
Pedes *ungulati, biſulci.*
Victus *evellendo plantas ruminandas.*
Ventriculi 4. Ingluvies *macerans, ruminans;* Reticulum *cancellatum, recipiens;* Omaſus *multiplicatus, conſumens.* Abomaſus *faſciatus, acuſcens Coagulo pro ſebo, ut minus alcaleſcant.*

VII. BELLUÆ.

Dentes primores *plures, obtuſi.*
Inceſſus *gravis,*
Victus *extrahendo vegetabilia.*

VIII. CETE.

Pedum *loco pinnæ pectorales* & *caudæ (plagiura) plana.* Ungues *nulli.*
Dentes *cartilaginei.* Naſus *frontis ſæpe fiſtula.*
Victus *e Molluſculis, Piſcibus.*
Locus *pelagicus.*
Hos a Piſcibus divulſos juſſi Mammalibus aſſociari ob Cor biloculare calidum, Pulmones reſpirantes, Aures cavas, Penem intrantem Feminam Mammis lactantem, idque ex lege naturæ jure meritoque.

AUCTORES: *Geſnerus, Aldrovandus* diffuſe, epitomator ejus *Jonſtonus, Rajus*, paucique alii paſſim, ſed mancam reliquerunt *Hiſtoriam*, de novo ordiendam ſecundum *notas* proprias; *Deſcriptionibus* attributorum, *Dicta* varia, *Oeconomia* propria, reliquis, ut ſolida grana e furfurum quisquiliis depurentur; exemplaria propoſui in Cane domeſtico, Cervo Rhenone, Mure indico, Ove Ariete.

GENE-

GENERUM Characteres compendioſi.

I. PRIMATES.

1. Homo *noſce te ipſum.*
2. Simia *Dentes laniarii, hinc remoti.*
3. Lemur *Dentes primores inferioris 6.*
4. Veſpertilio *Manus palmatæ volatiles.*

II. BRUTA.

5. Elephas *Dentes laniarii & molares; Naſus proboſcide elongatus.*
6. Trichechus *Dentes laniarii ſuperiores; molares ex oſſe rugoſo. Pedes poſtici coadunati.*
7. Bradypus *Dentes laniarii & molares. Naſus obtuſus.*
8. Myrmecophaga *Dentes nulli. Corpus piloſum.*
9. Manis *Dentes nulli. Corpus ſquamatum.*

III. FERÆ.

10. Phoca *Dentes primores inferiores 4. Auriculæ nullæ.*
11. Canis *Dentes primores ſuperiores intermedii lobati.*
12. Felis *Lingua aculeata. Ungues retractiles.*
13. Viverra *Lingua aculeata. Ungues exſerti.*
14. Muſtela *Dentes primores inferiores conferti: duobus alternis interioribus.*
15. Urſus *Dentes primores ſuperiores excavati. Penis oſſe flexuoſo.*

IV. BESTIÆ.

16. Sus *Dentes primores ſuperiores 4, inferiores 8.*
17. Daſypus *Corpus teſta zonis interſecta.*
18. Erinaceus *Dentes primores ſuperiores 2, inferiores 2.*
19. Talpa *Dentes primores ſuperiores 6, inferioris 8.*
20. Sorex *Dentes primores ſuperiores 2, inferiores 4.*
21. Didelphis *Dentes primores ſuperiores 10, inferiores 8.*

V. GLIRES.

22. Rhinoceros *Cornu naſale.*
23. Hyſtrix *corpus Spinis tectum.*
24. Lepus *Dentes primores ſuperioris duplicati.*
25. Caſtor *Dentes primores ſuperiores angulo recte excavati.*
26. Mus *Dentes primores ſuperioris ſubulati.*
27. Sciurus *Dentes primores ſuperiores cuneati; inferiores compreſſi.*

VI. PECORA.

28. Camelus *ecornis dentibus laniariis pluribus.*
29. Moſchus *ecornis dentibus laniariis ſolitariis: ſuperioribus exſertis.*
30. Cervus *Cornua ſolida, ramoſa, decidua.*
31. Capra *Cornua tubuloſa erecta.*
32. Ovis *Cornua tubuloſa reclinata.*
33. Bos *Cornua tubuloſa porrecta.*

VII. BEL-

VII. BELLUA.

34. Equus *Dentes primores approximati.*
35. Hippopotamus *Dentes primores diſtantes.*

VIII. CETE.

36. Monodon *Dens in maxilla ſuperiore exſertus.*
37. Balæna *Dentes cornei in maxilla ſuperiore.*
38. Phyſeter *Dentes in maxilla tantum inferiore.*
39. Delphinus *Dentes in utraque maxilla.*

Ordo I.

PRIMATES.

Dentes primores ſuperiores IV *paralleli.*
Mammæ *pectorales*, *binæ.*

1. HOMO noſce Te ipſum.

1. H. diurnus. (*) *vagans cultura, loco.*
   - α. H. rufus, cholericus, rectus. Americanus.
   - β. H. albus, ſanguineus toroſus. Europeus.
   - γ. H. luridus, melancholicus rigidus. Aſiaticus.
   - δ. H. niger, phlegmaticus, laxus. Afer.
   - ε. H. monſtroſus ſolo (a), vel arte (b. c.)
     - a. *Alpini* parvi, agiles, timidi: *Patagonici* magni, ſegnes.
     - b. *Monorchides* ut minus fertiles: Hottentotti.
       Junceæ puellæ abdomine attenuato: Europeæ.
     - c. *Macrocephali* capite conico. Chinenſes.
       Plagiocephali capite antice compreſſo. Canadenſes.
2. Homo nocturnus. Ourang Outang *Bont. jav.* 84. *t.* 84.
   Genus Trogloditæ *ſeu* Ourang Outang *ab* Homine vero *diſtinctum, adhibita quamvis omni attentione, obtinere non potui, niſi aſſumerem notam lubricam, in aliis generibus non conſtantem. Nec* Dentes laniarii *minime a reliquis remoti; nec* Nymphae caſtræ, *quibus carent* Simiæ, *hunc ad* Simias *reducere admittebant. Inquirant autoptæ in vivo, qua ratione, modo notæ aliquæ exiſtant, ab* Hominis *genere ſeparari queat*, nam inter Simias verſantem oportet eſſe Simiam. *Apollodor.*

2. SIMIA.

(*) *Differt itaque* homo *a reliquis corpore erecto nudo, at piloſo capite, ſuperciliis, ciliisque, tandem pube, axillis, Maribusque mento: Fœminis Nymphæ & clitoris; mammae 2 pectorales. caput cerebro omnium maximo; uvula; facies abdomini parallela, nuda. Naſo prominente, compreſſo breviore. Mento prominente. Cauda nulla. Pedes talis incedentes.*

2. SIMIA. (†) *Dentes Primores* IV. approximati, *Laniarii* ſolitarii, longiores hinc remoti. *Molares* obtuſi.

α. Cauda nulla: *Simiae* Veterum.

1. S. ecaudata ſubtus nuda. *Tulp. obſ.* III. *c.* 56. *ſyſt. nat. ed.* 9. *g.* 2. *n.* 1.
2. S. ecaudata, clunibus tuberoſo-calloſis. *ſyſt. nat. ed.* 9. *g.* 2. *n.* 3.

β. Cauda abbreviata. *Papiones.*

3. S. ſemicaudata, ore vibriſſato, unguibus acuminatis. *ſyſt. nat. n.* 5.
4. S. ſemicaudata, palmarum pollice approximato, unguibus oblongis, pollicum omnium rotundatis. *Balk. muſ. princ. n.* 1.

γ. Cauda elongata. *Cercopitheci.*

5. S. caudata, barbata, corpore nigro, barba nivea prolixa. *Alp. Æg.* 242. *f.* 2.?
6. S. caudata, barbata, caudae apice floccoſa. *ſyſt. nat. n.* 15.
7. S. caudata, barbata, cauda prehenſili, palmis ſubtetradactylis. *ſyſt. nat. n.* 14.
8. S. caudata, barbata, fronte barbaque faſtigiata. *Marcgr. braſ.* 227. *t.* 228.
9. S. caudata, buccis barbatis, vertice flaveſcente, pedibus nigris, caudæ apice ferruginea. *Marcgr. braſ.* 228. Guineenſis alius.
10. S. caudata, ſubbarbata griſea, eminentia piloſa verticis longitudinali. *Indica.* Corpus *griſeum lupi coloris*, *ſubtus gula pectore abdomineque albicans.* Cauda *corpore longior*, *cinerea*, *attenuata.* Facies *planiuſcula*, *albida*, *nuda.* Naſus *depreſſus*, *breviſſimus*, *ab ore remotus*, *lacuna labii ſuperioris gemina.* Bucca *ſubbarbata*, *longitudine menti ſubbarbati.* Supercilia *frontis gibba prominentia.* Pedes *nigri.* Ungues *pollicum rotundati*, *reliqui oblongi.* Auriculæ *acutiuſculæ.*
11. S. caudata, imberbis, auribus comoſis. *ſyſt. nat. n.* 7.
12. S. caudata, auribus villoſis patulis, cauda hirſutiſſima, longiſſima, unguibus ſubulatis; pollicum rotundatis. *Klein. dub. t.* 1.
13. S. caudata, imberbis, capillo dependente. *Edward. av.* 195.
14. S. caudata, imberbis, vertice pilis arrectis lunulaque frontis albis.
15. S. caudata, imberbis, labio ſuperiore fiſſo auribus quadratis nudis. *Edward. av.* 198.
16. S. caudata imberbis naribus bifidis elatis, clunibus tuberoſis. *Marcgr. Braſ.* 227. Angolenſis major.
17. S. caudata imberbis, cauda ſubprehenſili, corpore fuſco, pedibus nigris. *Muſ. Ad. Fred.* 1. *t.* 1.
18. S. caudata, imberbis, ore fuſco, corpore ſpadiceo, cauda nuda ſubſquamoſa. *Seb. theſ.* 1. *t.* 33. *f.* 1.
19. S. caudata, imberbis, cauda longa hirſuta, facie flavescente. *Muſ. Ad. Fred.* 1. *t.* 2.
20. S. caudata imberbis, occipite prominulo, unguibus quatuor plantarum oblongis. *Muſ. Ad. Fred.* 1. *p.* 3.
21. S. caudata imberbis ore ciliiſque vibriſſatis. *Petiv. Gaz. t.* 13. *f.* 11.

3. LE-

(†) *Species* ſimiarum *inter mammalia plurimæ*, *ſed pauciſſimæ rite deſcriptæ & cognitæ*, *plurimæ obſcuræ ignorantur.*

3. LEMUR. *Dentes primores* ſuperiores IV: intermediis remotis. Inferiores VI, longiores, porecti, compreſſi, paralleli, approximati. *Laniarii* ſolitarii, approximati. *Molares* plures, ſublobati; antici longiores acutiores.

1. L. ecaudatus. Simia ecaudata, unguibus indicis ſubulatis. *ſyſt. nat. ed* 9. *g.* 2. *n.* 2. *p.* 3.
2. L. cauda annulata. *Simia ſciurus. Edw. av. t.* 197.
3. L. caudatus, membrana ambiente volitans. *Seb. muſ.* 1. *t.* 58. *f.* 2, 3.

4. VESPERTILIO. *Dentes* erecti, acuti, approximati: primores IV, æquales. *Manus* palmatae, volitantes membrana corpus cingente.

1. V. ecaudatus, naſo ſimplici, membrana inter femora diviſa. Canis volans *Seb. muſ.* 1. *t.* 57. *f.* 1, 2.
2. V. ecaudatus, naſo infundibuliformi lanceolato. *Seb. muſ.* 1. *t.* 58. *f.* 1.
3. V. ecaudatus, naſo foliato plano acuminato. *Seb. muſ. t.* 55. *f.* 2.
4. V. caudatus, naſo foliato obcordato. *ſyſt. nat. p.* 7. *g.* 14. *n.* 5.
5. V. caudatus labio ſuperiore bifido. *ſyſt. nat. p.* 7. *g.* 14. *v.* 3.
6. V. caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis duplicatis capite majoribus. *Edw. av. t.* 201. *fig.* 3. *Diſtincta ſpecies auriculis, niſi ſolo ſexu a ſequenti aliena?*
7. V. caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis capite minoribus. *Fn. ſuec.* 18. *Noctu volat, victitat imprimis Phalænis, capitur Arctii Lappæ calycibus, hybernat, de terra non evolat; venenatus.*

Ordo 2.

BRUTA.

Dentes primores *nulli ſuperius aut inferius.*

5. ELEPHAS. *Dentes primores* nulli, *Laniarii* ſuperiores elongati. *Proboſcis* longiſſima, prehenſilis, *Corpus* nudiusculum.

1. ELEPHAS. *ſyſt. nat. ed.* 9. *p.* 11. *g.* 24. *n.* 1.

6. TRICHECHUS. *Dentes primores* nulli; *Laniarii* ſuperiores ſolitarii. *Molares* ex oſſe rugoſo utrinque inferius duo. *Labia* geminata. *Pedes poſteriores* coadunati in pinnam.

1. TRICHECHUS. *Arted. Ichth. gen.* 79. *ſynon.* 107. *ſyſt. nat. ed.* 9. *p.* 39. *g.* 96. *n.* 1. *Labium ſuperius muricatum vibriſſis rigidis incurvis. Pili corporis remoti breves. Pedes antici abbreviati palmati unguiculati; poſtici coadunati. Mammae* 2 *pectorales.*

7. BRADYPUS. *Dentes Laniarii* obtuſiuſculi remotiſſimi. *Molares* utrinque obtuſi. *Corpus* pilis tectum.

1. B. manibus tridactylis, cauda brevi. *ſyſt. nat. ed.* 9. *p.* 8. *g.* 3. *n.* 1.
2. B. manibus didactylis, cauda nulla. *ſyſt. nat. p.* 3. *n.* 2.

8. MYRMECOPHAGA. *Dentes* nulli. *Lingua* teres, extenſilis. *Corpus* pilis tectum.

1. M. palmis didactylis, plantis tetradactylis. *ſyſt. nat. ed.* 9. *p.* 8. *g.* 15. *n.* 2.
2. M. palmis tridactylis, plantis pentadactylis. *ſyſt. nat. n.* 1. *Mammae* 2 *pectorales*, 6 *abdominales*, *cauda lata.*
3. M. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *ſyſt. nat. n.* 3. *Noctu exit, die dormit capite ſub brachiis recondito. Caudae extremitas calva, qua ſe ex ramis arborum ſuſpendere poteſt, quod non in praecedenti.*

9. MANIS. *Dentes* nulli. *Lingua* teres, extenſilis. *Corpus* ſquamis tectum.

1. MANIS pedibus pentadactylis. *ſyſt. nat. ed.* 9. *p.* 8. *g.* 16. *n.* 1. *Corpus ſupra ſquamis baſi ſtriatis ſetisque interſtinctis veſtitum, ſubtus hirtum. Cauda utrinque ſquamoſa, etiam ſubtus imbricata. Auriculae nudae, rotundae. Ungues primores medii majores, quibus contractis incedit. Irata ſquamas erigit.*

Ordo 3.

Paxwax, *ligamentum album, ad caput elevandum & collum ſuſtinendum, commune Quadrupedibus; at deeſt Homini & Simiis cum erecti plerumque ſedeant, & incedunt nec eo indigeant.* Raj.

Ordo 3.

FERA.

Dentes primores *ſuperiores ſex acutiuſculi.* Canini *ſolitarii.*

10. PHOCA. *Dentes primores* ſuperiores VI paralleli, exteriores majores. Inferiores IV paralleli, diſtincti, æquales, obtuſiuſculi. *Laniarii* I: ſuperiores ab inciſoribus, inferiores a molaribus remoti. *Molares* V. ſeu VI. tricuſpidati. *Auriculæ* nullæ. *Pedes* poſtici coaliti.

1. Phoca capite auriculato. Urſus Marinus. *Act. petropol.* 2. *ann.* 1749.
2. P. capite antice criſtato. Leo Marinus. *Anſon. Itin.* 100. *t.* 100.
3. P. dentibus laniariis ſuperioribus exſertis. *ſyſt. nat. ed.* 9. *p.* 6. *g.* 9. *n.* 2.
4. P. dentibus laniariis tectis. *ſyſt. nat. p.* 6. *n.* 1.

11. CANIS. *Dentes primores* ſuperiores VI., laterales longiores diſtantes: intermedii lobati. Inferiores VI., laterales lobati. *Laniarii* ſolitarii, incurvati. Molares VI. ſeu VII. (pluresve quam in reliquis).

1. Canis cauda (ſiniſtrorſum) recurvata. *fn. ſuec.* 12.
   - α. Auriculis erectis cauda ſubtus lanata. *Domeſticus Canis.*
   - β. Auriculis Pendulis, digito ſpurio ad tibias poſticas. *Sagax.*
   - γ. Magnitudine lupi, trunco curvato, roſtro attenuato. *Grajus.*
   - δ. Magnitudine lupi labiis ad latera pendulis, corpore toroſo. *Moloſſus.*
   - ε. Pilo criſpo longo inſtar ovis. *Aquaticus.*
   - ζ. Magnitudine Sciuri. *Meliteus.*
   - η. Naſo reſimo, auribus pendulis, corpore quadrato. *Fricator.*
   - θ. Pedibus curvatis, trunco longo ſaepius variegato. *Vertagus.*
   - ι. Cauda truncata. *Aldr. digit.* 555. *Avicularius.*
   - κ. Auriculis longis lanatis pendulis. *Aldr. digit.* 561. *Extarius.*
   - λ. Nudus abſque pilis. *Ægyptius.*
2. C. cauda incurvata. *fn. ſuec.* 13. *Lupus.*
3. C. cauda recta annulata, pilis cervicis erectis, auriculis nudis. *ſyſt. nat. p.* 5. *g.* 8. *n.* 4. *Hyaena.*
4. C. cauda recta, apice albo. *ſyſt. nat. n.* 6. *Vulpes.*
5. C. cauda recta apice nigro. *ſyſt. nat. n.* 5.
6. C. cauda recta apice concolore. *ſyſt. nat. n.* 7.
7. C. *Lupus aureus dictus. Kæmpf. amœn.* 413. *t.* 407. *f.* 3. *ſyſt. nat. n.* 3.

12. FE-

12. FELIS. (†) *Dentes primores* æquales. *Molares* terni. *Lingua* retrorſum aculeata. *Ungues* retractiles.

1. F. cauda elongata, corpore helvulo. *ſyſt. nat. ed.* 9. *p.* 4. *n.* 1. Leo.
2. F. cauda elongata corpore maculis omnibus virgatis. *ſyſt. nat. n.* 2. Tigris. *Aldr. dig.* 101.
3. F. cauda elongata, corpore maculis ſuperioribus orbiculatis; inferioribus virgatis, Pardalis, Panthera, Pardus, Leopardus. *Geſn. quadr.* 824.
4. F. cauda elongata, corpore flaveſcente maculis nigris rotundato angulatis, medio flavis. Pardus Braſilienſis. *Raj quadr.* 168.
5. F. cauda elongata, corpore maculis ſuperioribus virgatis, inferioribus orbiculatis. Cato-pardus *ſyſt. nat. n.* 4. *Magnitudo Melis ſupra fuſcus, ſubtus albicans; Lineæ punctaque nigra per totum corpus longitudinaliter ſparſa, ſed pedes & abdomen tantum punctis. Latera lineis latioribus albis & fuſcis. Aures breves, margine biſidæ absque penicillis. Pedes* 5-5. *Cauda verticillato-variegata, proportione Cati. Myſtaces* 4 *ordinum, in ſingulo* 3 *ſeu* 5 *albæ, baſi nigræ longitudine capitis.*
6. F. cauda elongata, corpore faſciis nigricantibus, dorſalibus longitudinalibus tribus; lateralibus ſpiralibus. Catus. *fn. Suec.* 3. *Tranquilla, ore molat, caudam erigit; Excitata agiliſſima, ſcandit; Irata fremit odore ambroſiaco; Murum Leo; in prædam intenta caudam movet; Oculi noctu lucent, clamando rixandoque miſere amat. Pupilla interdiu perpendiculari oblonga, noctu tereti ampliata; unguibus complicatis incedit; parce bibit. Os inſtante tempeſtate manu lavat; Dorſum in tenebris electriſat; in altum acta incidit in pedes; delectatur Maro, Nepeta, Valeriana.*
7. F. cauda abbreviata, apice atra, auriculis apice barbatis. Lynx. *fn. Suec. n.* 4. Cauda *femoribus paulo brevior apice atra.* Palpebra *inferior albicans ut & ſuperior verſus canthum majorem. Macula linearis fuſca pone oculos.* Auricularum *apices nigri.* Palpebræ *albæ.*

13. VIVERRA. *Dentes primores* VI: intermediis brevioribus. *Molares* plures quam tres. *Lingua* retrorſum aculeata. *Ungues* exſerti.

1. V. cauda e baſi incraſſata, ſenſim attenuata.
   α. Meles unguibus uniformibus, leucophæa. *ſyſt. nat. p.* 6. *n.* 2. Mus Pharaonis. *Alp. ægypt.* 14. *t.* 3. *Frons plana. Labium ſuperius prominens. Auriculæ rotundæ, Myſtaces ſimplici ordine in labiis lateralibus omnibus ad marginem. Lingua ſcabra. Pollex diſtinctus. Cauda baſi craſſa, ſenſim attenuata longitudine corporis. Folliculus ante ani aperturam, ſub æſtu apertus. Pili albido & griſeo nigreſcente verticillati. Magnitudo Cati. Calcaneis incedit. Victitat muribus, avibus, ovis, amphibiis herbis; ova Crocodyli effodit & haurit. Serpentum hoſtis.*
   β. Viverra glauca. *ſyſt. nat. p.* 5. *n.* 9. Ichneumon. *Edw. av. t.* 199
2. V. cauda fuſca luteo annulata corpore ſpadiceo ſubtus flaveſcente. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 42. *f.* 1. *Magnitudo Martis. Color ſupra albus, ſubtus ex albo & nigro variegatus. Talis incedit. Ungues* 5-5, *anteriores compreſſi, longi; poſteriores breviores, ſubtus excavati. Dentes primores ſupe-*

(†) Felis *genus ſobrium, ſcandit facile arbores, noctu potiſſimum ſpeculatur.*

periores in meo nulli; Inferiores 6 æquales, quorum 2 interiores. Laniarii ſupra & infra utrinque approximati. Irata fundit cum ventris crepitu halitum foetidiſſimum.

3. V. fuſca lineis quatuor albidis, dorſalibus parallelis. *Catesb.* 2. *t.* 62. *Cauda longitudine corporis villoſa. Irata ut antecedens halitum explodit.*
4. V. cauda annulata, dorſo cinereo nigroque undatim ſtriato. Civetta. *Cluſ. cur.* 57.
5. V. cauda annulata, corpore fulvo nigricante maculato. † Genetta. *Raj. quadr.* 201. *Bell. itin.* 76.

14. MUSTELA (*) *Dentes primores* ſuperiores VI erecti, acutiores, diſtincti. Inferiores VI obtuſiores, conferti; duo interiores. *Lingua* lævis.

1. M. plantis palmatis piloſis, cauda corpore quadruplo breviore. Lutra marina. *Act. petropol.* 1749. *p.* 267.
2. M. plantis palmatis nudis, cauda corpore dimidio breviore. Lutra *fn. Suec.* 10.
3. M. plantis fiſſis, corpore rufo-fuſco, medio dorſi nigro. *fn. Suec.* 6.
4. M atra, collo ſubtus macula alba triloba. *Statura Martis, at nigra pilis rigidioribus. Auriculæ rotundatæ villoſæ. Area ante oculos cinerascens. Maculæ ſub medio collo, non vero ſub gula. Mammæ pone umbilicum* 4.
5. M. plantis fiſſis, corpore fulvo-nigricante, gula pallida. *fn. Suec. n.* 7. Martes.
6. M. plantis fiſſis, corpore flavo-nigricante, ore auriculisque albis. *fn. Suec. n.* 8. Putorius.
7. M. plantis fiſſis, oculis rubicundis. *ſyſt. nat. p.* 5. *n.* 4.
8. M. plantis fiſſis, corpore obſcure fulvo, fronte exalbida, gutture cinereo. Muſtela Sibellina. *Raj. quadr.* 201.
9. M. plantis fiſſis, caudæ apice atro. *Alor. Ungu.* 307.

15. URSUS (†) *Dentes primores* ſuperiores VI, intus excavati alterni. Inferiores VI: Laterales 2 longiores lobati; ſecundarii baſi interiores. *Laniarii* ſolitarii, conici. *Molares* V ſeu VI primo laniariis approximato. *Lingua* lævis. *Membrana* nictitans. *Naſus* prominens. *Penis* ſcatens oſſe recurvato.

1. Urſus cauda abrupta. *fn. Suec.* 2.
2. U. cauda elongata, corpore ferrugineo, roſtro fuſco, fronte faſciaque laterali longitudinali albida. *Edw. av. t.* 103.
3. U. cauda concolore, corpore ſupra cinereo, ſubtus nigro, faſcia longitudinali per oculos auresque nigra. Meles *fn. Suec.* 15.
4. U. cauda annulata, faſcia per oculos transverſali. Coati-monde. *Marcgr. braſ.* 228.

(*) Muſtelæ *genus corpore elongato pedibusque brevibus eſt; Currit trunco incurvato; Scandit arbores; Salit ex arbore in arborem.*

(†) Urſi *genus ſcandit interdum arbores, at non ſalit, ſed deſcendit poſterioribus praeeuntibus. Talis communiter incedit. Penis oſſe curvato ſcatet.*

Ordo. 4.

Ordo 4.

BESTIÆ.

Dentes primores *utrinque: Intermediis diſtantibus.* Laniarii *ſemper uno plures utrinque.* Naſus *ultra os prominens.*

16. SUS. *Dentes primores* ſuperiores IV, convergentes. Inferiores VIII patuli. *Laniarii* ſuperiores II breviores: Inferiores II exſeri.

1. Sus dorſo antice ſetoſo, cauda piloſa.
 α. Aper. (*) *Geſn. quadr.* 146. *Raj. quadr.* 96.
 β. Sus. *Geſn. quadr.* 872. *Raj. quadr.* 92.
 γ. Sus Chinenſis. *It. Weſtrog.* 62.
2. S. dorſo poſtice ſetoſo, cauda longitudine pedum, umbilico cyſtifero. *ſyſt. nat. n.* 2.
3. S. dorſo cyſtifero, cauda nulla. *ſyſt. nat. n.* 3. Tajacu.
4. S. dentibus duobus caninis fronti innatis. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 50. *f.* 2. Babyrouſſa.

17. DASYPUS. *Dentes* . . . . . *Corpus* teſta oſſea cataphractum, zonis interſecta.

1. D. tegmine tripartito, pedibus pentadactylis. *ſyſt. nat. ed. g.* 9. *p.* 7. *g.* 12. *n.* 4. Tatu ſ. Armadillo Africanus. *Seb. Muſ* 1. *t.* 30. *f.* 3, 4.
 β. Daſypus cingulo ſimplici. *ſyſt. nat. n.* 1. *Grew. Muſ. t.* 1.
2. D. cingulis tribus, pedibus pentadactylis. *ſyſt. nat. n.* 2. *Seb. muſ.* 1. *t.* 38. *f.* 2, 3.
3. D. cingulis quatuor. *ſyſt. nat. n.* 3. Cheloniſcus. *Columu. aq.* 2. *p.* 15. *t.* 16.
4. D. cingulis ſenis, pedibus pentadactylis. *Cluſ. ex.* 230.
5. D. cingulis ſeptenis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Syſt. nat. n.* 6.
6. D. cingulis novem, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *ſyſt. nat. n.* 7.
 α. Tatou ſ. Armadillus Americ. *Seb. muſ.* 1. *t.* 29. *f.* 1. & *t.* 53. *f. b.*
 β. Daſypus. *Hern. mex.* 314.

18. ERINACEUS. *Dentes primores* II, paralleli, ſubcuneati, longiores, diſtantes: ſuperiores remotiores. *Laniarii* II ubique, antrorſum decumbentes, parvi. *Molares* III ſeu IV acuti, lobati. *Corpus* ſpinis obtectum.

1. ERINACEUS. *fn. ſuec.* 16. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 49. *f.* 1, 2.

(*) *Aper* vix differt a Sue, niſi quod lanam inter ſetas non habeat. *Chinenſis* dorſo eſt ſubnudo, abdomen ad terram usque dependet.

LIBRARY

19. TALPA. *Dentes primores* ſuperiores VI, Inferiores VIII. *Laniarii* major I, & minores IV. *Molares* acuminati.

1. Talpa caudata, pedibus pentadactylis. *fn. ſuec.* 17. *Seb. Muſ.* I. *t.* 41. *f.* 1, 4. *Penis omnium animalium longiſſimus. Pellis delicatula.*
2. T. ecaudata, palmis tridactylis. *Seb. Muſ. t.* 32. *f.* 4, 5.

20. SOREX. *Dentes primores* Superiores II bifidi. Inferiores IV; intermediis duobus brevioribus. *Laniarii* utrinque plures.

1. S. cauda corpore longiore. Sorex. *fn. ſuec.* 33.
2. S. naribus criſtatis, cauda corpore breviore. *Facies Talpæ, colore atro, palmis niveis. Auriculæ nullæ. Roſtrum longiſſimum. Cauda ſubnuda: corpore dimidio brevior, concolor. Nares ſingulæ ſtella palmata radiis* 10 *ſeu* 15 *ſubulatis nudis ut in Erinaceo. Dentes primores ſuperiores* 2, *inferiores* 4. *Laniarii utrinque plures.*
2. S. plantis palmatis, palmis caudaque corpore breviore albis. Talpa Virginianus niger. *Seb. muſ.* I. *t.* 32. *f.* 3.

21 DIDELPHIS (*) *Dentes primores* ſuperiores X. Inferiores VIII: Intermediis 2 breviſſimis. *Laniarii* longi. *Molares* denticulati. *Lingua* ſubciliata. *Folliculus* abdominalis mammarum.

1. D. mammis 8 intra abdomen. *Seb. muſ.* I. *t.* 39. *Pullos lactantes territosque intra abdomen recipit mater. Magnitudo Felis majoris. Roſtrum conicum, longum Suis inſtar, carinatum, rictu longiſſimo Vulpis. Nares perpendiculares, lunares. Vibriſſæ* 5 *ordinum, longæ: Setæ pone oris rictum* 8, *ſub gula* 5. *Auriculæ rotundatæ, atræ apicibus albis. Dentes molares lobati; anteriores ſimplices, primi minimi. Cauda nuda, corporis longitudine quaſi ſegmentis ex rugis, prœhenſilis. Manus* 5*dactylae fiſſæ, digiti teretes, nudi, æquales. Ungues compreſſi arcuati. Pollex omnibus muticus. Plantæ ut in manibus.*
2. D. cauda baſi piloſa, auriculis pendulis, mammis quaternis. Tlaquazin ſ. tai-ibi. *Seb. muſ.* I. *p.* 57. *t.* 36. *f.* 4.
3. D. cauda ſemipiloſa, ſuperciliorum regione pallidiore, mammis binis. Philander, Opoſſum ſeu Carigueja. *Seb. muſ.* I. *p.* 56. *t.* 36. *f.* 1, 2. *Abdomen circa mammas contrahitur in marſupium: Pollices poſtici mutici.*
4. D. cauda ſemipiloſa mammis ſenis. Mus ſylveſtris Americ. *Seb. muſ.* I. *t.* 31. *f.* 12, 36. *Ungues digitis omnibus acuti, exceptis pollicibus poſticis.*
5. D. cauda baſi piloſa, corpore longiore, digitis manuum muticis. Mus ſylveſtris Americ. *Seb. muſ.* I. *t.* 31. *f.* 5, 4, & 2. *t.* 84. *f.* 4. *Pullos in dorſo gerit, caudis cirrhi inſtar convolutis.*

(*) Didelphis *pollice plantarum, uti diſtincto ſeu remoto, gaudent Primates mutico.*

Ordo 5.

Ordo 5.

GLIRES.

Dentes primores *bini ſupra & infra, a molaribus remoti.* Laniarii *nulli.*

22. RHINOCEROS. *Dentes primores* duo. *Cornu* naſo inſidens.

1. R. cornu unico conico. *ſyſt. nat. ed.* 9. *p.* 11. *g.* 25. *n.* 1. *Cornu in roſtro ſolidum, recurvum, perpetuum, conicum. Labium ſuperius acuminatum aduncum. Oculi & aures parvæ. Cutis nuda. Rugæ transverſales:* 1. *Capitis poſtica,* 2. *Scapularis,* 3. *Abdominalis ante femora.* 4. *Femoralis trans femora. Ungulæ tres. Cauda attenuata pedibus brevior. Animal mite, ni laceſſetur, tum arbores fragore proſternit, cornu omnia ejicit.*
2. R. cornibus duobus cuneiformibus. *ſyſt. nat. n.* 2.

23. HYSTRIX. *Dentes primores* II oblique ſciſſi (Raj). *Molares* octo. *Corpus* ſpinis tectum.

1. H. palmis 4dactylis, plantis 5dactylis, capite criſtato, cauda abbreviata. *ſyſt. nat. ed.* 9. *p.* 9. *n.* 1. *Seb. muſ.* 1. *t.* 50. *f.* 1.
2. H. pedibus 4dactylis, cauda elongata, prehenſili, ſeminuda. *ſyſt. nat. n.* 2. *Marcgr. br.* 233.
3. H. palmis 4dactylis, plantis 5dactylis, cauda elongata, dorſo ſolo ſpinoſo. *Edw. av. t.* 52.
4. H. pedibus 5dactylis, cauda elongata, aculeis clavatis. *Seb. muſ.* 1. *t.* 52. *f.* 1.
5. H. pedibus 5dactylis, cauda abbreviata. *ſyſt. nat. n.* 4. *Seb. muſ.* 1. *t.* 51. *f.* 1.

24. LEPUS. *Dentes primores* II ſuperiores duplicati: Interioribus minoribus.

1. L. cauda abbreviata, auribus apice nigris. *ſyſt. nat. ed.* 9. *p.* 9. *n.* 2. *fn. Suec.*-19. Lepus.
2. L. cauda abbreviata, auriculis nudatis. *fn. Suec.* 20. Cuniculus.
3. L. cauda longitudine capitis, pedibus rubris.
4. L. cauda nulla. *ſyſt. nat. n.* 1. Tapeti *Marcgr. br.* 223.

25. CASTOR. *Dentes primores* ſuperiores truncati, angulo transverſo excavati; inferiores apice transverſi. *Cauda* depreſſa.

1. C. cauda ovato-plana. *ſyſt. nat. ed.* 9. *p.* 10. *g.* 20. *n.* 1.
2. C, cauda longa, lanceolata, plana. *ſyſt. nat. n.* 2.

26. MUS. *Dentes primores* inferiores ſubulati.

1. M. cauda nulla. palmis 4dactylis, plantis 3dactylis *ſyſt. nat. ed.* 9. *p.* 10. *n.* 1. Cavia Cambaya. *Marcgr. br.* 224.
2. M. cauda abbreviata, palmis 4dactylis, plantis 3dactylis. Lepus javenſis. *Catesb. Carol.* 3. *t.* 18.
3. M. cauda abbreviata, pedibus pentadactylis. *ſyſt. nat. n.* 2. *fn. Suec.* 26. Mus Norvagicus *Worm. Muſ.* 322. *t.* 325.
4. M. cauda abbreviata ſubnuda, auriculis rotundatis, buccis gibbis. *ſyſt. nat. n.* 11. *Dentes primores inferiores divergentes. Myſtaces utrinque ſerie ſextuplici. Aures parvæ veſtitæ. Bucca admodum gibba utrinque. Cauda palmaris nigra. Verruca ſupra oculos ſetis* 6, *ſub oculis ſetis* 7. *Sutura a gula ad anum. Pedes* 4-5.
5. M. cauda mediocri piloſa, corpore griſeo, auriculis ſubrotundis, palmis 4dactylis, plantis 5dactylis. *Edward. av. t.* 104.
6. M. cauda ſubabbreviata, auriculis rotundatis, corpore ſubtus nigro. *ſyſt. nat. n.* 10. *Cauda pedibus fere brevior. Bucca utrinque ſaccata. Cavernas ſub terra fodit plurimis concamerationibus duplici foramine, altero aditu obliquo, altero perpendiculari ſpecula. Parit bis in anno 6 pullos. Occiditur pulvere Veratri, farina & Melle in panes coctis.*
7. M. cauda mediocri piloſa, palmis ſub4dactylis, palmis 5dactylis, auriculis vellere brevioribus. *ſyſt. nat. n.* 5. *fn. Suec.* 29.
8. M. cauda elongata piloſa, plantis palmatis. †. Mus aquaticus. *Bell. aquat.* 35. *t.* 36.
9. M. cauda elongata ſubnuda, palmis 4dactylis cum unguiculo pollicari, plantis 5dactylis. *ſyſt. nat. n.* 6.
10. M. cauda elongata, ſubnuda, palmis 4dactylis, plantis 5dactylis. *ſyſt. nat. n.* 8. *fn. Suec.* 31. *Unguis pollicaris palmarum nullus, quo à n.* 9. *differt.*
11. M. cauda elongata piloſa, corpore rufo, gula albicante. *ſyſt. nat. n.* 9. *fn. Suec.* 31.
12. M. cauda longa, palmis 4dactylis, plantis 5dactylis, corpore griſeo, pilis nigris, abdomine albido. *ſyſt. nat. n.* 7. *fn. Suec.* 30.
13. M. cauda elongata ſubnuda, palmis 4dactylis, plantis 5dactylis, corporis ſtriis punctatis. Mus *Seb. Muſ.* 2. *t.* 21. *f.* 2.
14. M. cauda elongata veſtita, palmis tetradactylis, plantis 5dactylis, femoribus longiſſimis. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 9.
15. M. cauda elongata flocccoſa, palmis 5dactylis, plantis 3dactylis, femoribus longiſſimis, brachiis breviſſimis. *Haſſelq. act. Upſ.* 1750. *p.* 17.
16. M. cauda elongata villoſa, palmis 4dactylis, plantis 5dactylis, lateribus extenſis volitans. Sciurus volans. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 44. *f.* 3. *Edw. av. t.* 191.

27. SCIURUS. *Dentes Primores* II. Superiores cuneati; Inferiores compreſſi.

1. S. auriculis apice barbatis, palmis 4dactylis, plantis 5dactylis. *fn. Suec.* 21.
2. S. niger. *Catesb. Carol.* 2. *p.* 73. *t.* 73.
3. S. virginianus cinereus major. *Raj. quadr.* 215. *Catesb. car.* 2. *p.* 174.
4. S. auriculis ſubrotundis, pedibus pentadactylis. *Balk. m. princ. n.* 5.
5. S. fuſcus, ſtriis quatuor albidis longitudinalibus. *Edw. av. t.* 198.
6. S. flavus, ſtriis quatuor fuſcis longitudinalibus. *Edw. av. t.* 181.
7. S. hypochondriis prolixis volitans. *fn. ſuec.* 22. *Extenſa cute inter brachia & femora volitat.*

Ordo 6.

Ordo 6.

PECORA.

Dentes primores Superiores *nulli.* Inferiores VI, *aut* VIII *a molaribus remotiſſimi.* Pedes *ungulati.* Mammæ *inguinales.*

28. CAMELUS. *Cornua* nulla. *Dentes Primores* inferiores VI ſpathiformes. *Laniarii* diſtantes, ſuperiores III; inferiores II. *Labium* ſuperius fiſſum.

1. C. topho dorſi unico. *Raj. quadr.* 143. *Callos in pedibus anticis* 4, *in poſticis* 2, *in ſterno* 1 *gerit. Ventriculus ſecundus celluloſus pro aqua pura diutius aſſervanda per ſiticuloſa deſerta. Onera portat, lente feſtinat, laſſus jacet ſuper pectus.* Dromedarius.
2. C. tophis dorſi duobus. *Aldr. biſulc.* 907. Bactrianus.
3. C. dorſo lævi, topho pectorali. *Raj. quadr.* 145. Glama.
4. C. tophis nullis, corpore lanato. *Raj. quadr.* 147. *Totus ſanguineus ſubtus albus: Pedes 2dactyli; Prioribus minor, magis lanatus, nec oneribus portandis par.* Pacos.

29. MOSCHUS. *Cornua* nulla. *Dentes Laniarii* ſuperiores ſolitarii exſerti.

1. MOSCHUS. *Raj. quadr.* 127. *Geſn. quadr.* 695. *Aldr. biſulc.* 743.

30. CERVUS. *Cornua* ſolida, tenera corio hirto tecta, apice creſcentia, denudata, annua. *Dentes Primores* inferiores VIII. *Laniarii* nulli (interdum ſolitarii ſuperius).

1. C. cornibus ſimpliciſſimis, pedibus anticis longiſſimis. Camelopardalis. *Bell. obſ.* 179.
2. C. cornibus acaulibus palmatis, caruncula gutturali. *fn. ſuec.* 37.
3. C. cornibus ramoſis teretibus incurvis. *fn. ſuec.* 38.
4. C. cornibus ramoſis teretibus, ſummitatibus palmatis. *fn. ſuec.* 39. *Raj. quadr.* 88. Rangifer. *Uterque ſexus cornutus eſt, ut in Camelopardali. Ramo infimo etiam palmato. Caſtratus quotannis cornua deponit. Aetas* 16 *annorum.*
5. C. cornibus ramoſis, compreſſis, ſummitatibus palmatis. *fn. ſuec.* 40. *Aldr. biſ.* 741. Dama.
6. C. cornibus ramoſis teretibus erectis, ramis tribus † *Hern. Mex.* 324. *Marcg. br.* 235.
7. C. cornibus ramoſis teretibus erectis: ſummitate bifida. *fn. ſuec.* 41. *Raj. quadr.* 89. Capreolus.
8. C. griſeus ſubtus nigricans. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 12.

31. CAPRA. *Cornua* concava, ſurſum verſa, erecta, ſcabra. *Dentes Primores* inferiores VIII. *Laniarii* nulli.

1. CAPRA cornibus carinatis arcuatis. *fn. ſuec.* 42. Capra *Geſn. quadr.* 242.
   β. Capra Angolenſis. *Haſſelq. iter.* 206. *Hujus lana ad pedes usque dependet nivea ſericum provocans Camelina dicta.*
2. C. cornibus nodoſis in dorſum reclinatis. Ibex. *Raj. quadr.* 79.
3. C. cornibus erectis uncinatis. *Bellon. obſ.* 126. Rupicapra.
4. C. cornibus depreſſis incurvis minimis cranio incumbentibus. *Syſt. nat. ed.* 9. *p.* 14. *g.* 32. *n.* 2.
5. C. cornibus erectis apice recurvis. *Syſt nat. n.* 3.
6. C. cornibus teretibus conicis obtuſis curvis; latere incurvato rugoſo. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 48. *f.* 3.
7. C. cornibus teretibus rectiſſimis longiſſimis; baſi annulatis. *Raj. quadr.* 79. Gazella.
8. C. cornibus teretibus dimidiato-annulatis contortis. *Syſt. nat. n.* 7.
9. C. cornibus teretibus perfecte annulatis contortis. *Syſt. nat. n* 9.
10. C. capite faſciculo tophoſo, cavitate infra oculos. *Syſt. nat. n.* 10.
11. C. auribus pendulis longiſſimis. *Geſn. quadr.* 153. Capra manbrica.
12. C. cornibus arcuatis, collo ſubtus barbato, cauda nigra. † *Geſn. quat.* 155. Muſimon.

32. OVIS. *Cornua* concava, retrorſum verſa, intorta, rugoſa. *Dentes primores* inferiores VIII. *Laniarii* nulli.

1. OVIS cornibus compreſſis lunatis. *fn. Suec.* 43.
   α. cornuta. Ruſtica.
   β. mutica, cauda ſcrotoque ad genua pendulis Anglica.
   γ. cornuta cornuum ſpira extrorſum tracta. Hiſpanica.
   δ. polycerata e Gothlandia 248. *Ald. bis.* 397.
   ε. africana. Raj. quadr. 75.
   ζ. platyura Arabica. Laticauda.
2. O. auribus pendulis, palearibus laxis, occipite prominente. *Raj. quadr.* 75. Ovis Angolenſis.
3. O. cornibus rectis ſpiralibus. *Bellon. obſ.* 1. *c.* 14. †. Strepſiceros.

33. BOS. *Cornua* concava, antrorſum verſa, lunata, lævia. *Dentes primores* inferiores VIII. *Laniarii* nulli.

1. B. cornibus teretibus extrorſum curvatis, paleatibus laxis. *fn. ſuec.* 44.
   α. Urus. *Caeſ. bell. gall.* VI. *c.* 5.
   β. Bos. *Gesn. quadr.* 25.
2. B. cornibus in ſe flexis, juba longiſſima. Bonaſus. *Raj. quadr.* 71.
3. B. cornibus divaricatis, juba longiſſima, dorſo gibboſo. *Hern. Mex.* 587. Biſon. *Catesb. car.* 3. *t.* 20.
4. B. cornibus reſupinatis intortis antice planis. Bubalus. *Raj. quadr.* 72.
5. B. cornibus aure brevioribus, dorſo gibbo, juba nulla. †. *Edw. av. t.* 200. *Utrum hæc ſpecies diſtincta a præcedentibus, nec ne, dubito.*

Ordo 7.

Ordo 7.

BELLUA.

Dentes primores *obtuſe truncati.* Mammæ *duæ inguinales.*

34. EQUUS. *Dentes primores* ſuperiores VI, erecto-paralleli. *Inferiores* VI prominentiores. *Laniarii* ſolitarii, incluſi, utrinque remoti. *Pedes* ungula indiviſa.

1. EQUUS cauda undique ſetoſa. *fn. Suec.* 34. Equus.
2. E. cauda extremitate ſetoſa, cruce nigra ſupra humeros. *fn. Suec.* 35.
   α. Aſinus. *Geſn. quadr.* 40. Onager *Raj. quadr.* 63.
   β. Mulus. *Raj. quadr* 64. *ab Equa & Aſino.*
   γ. Hinnus. *Raj. quadr* 64. *ab Aſina & Equo.*
3. E. faſciis fuſcis verſicolor. Zebra. *Edw. av.*

35. HIPPOPOTAMUS. *Dentes primores* ſuperiores VI, per paria remoti. Inferiores IV, prominentes: intermediis recta protenſis. *Laniarii* ſolitarii oblique truncati. *Pedes* margine unguiculati.

1. H. pedibus quadrilobis. Hippotamus. *Bell. aquat.* 28. *t.* 30.
2. H. pedibus poſticis triſulcis. † Tapiricrete. *Marcgr. bras.* 229. *Raj. quadr.* 126. *Animal dubium, Hippopotamo genere proximum, præeunte Rajo.*

(*) *Solidungula Maſcula mammas non habent. Ariſt.*

Ordo 8.

CETE.

Spiracula *ſupra caput.* Pinnæ Pectorales Caudaliſque *horizontalis* abſque unguibus. (*)

36. MONODON. *Dens* in maxilla ſuperiore exſertus, prælongus, rectus. *Fiſtula* in vertice.

1. MONODON. *Arted. Ichth. Gen.* 78. *Syn.* 108. *Cornu Monocerotis ſpirale hujus dens eſt.*

37. BALAENA. *Dentium* loco in maxilla ſuperiore laminæ corneæ. *Fiſtula* duplex.

1. B. naribus flexuoſis in medio capite, dorſo impenni. *Arted. ſyn.* 106. *n.* 1. Myſticetus.
2. B. naribus in medio capite, dorſo extremo pinna adipoſa. *Arted. ſyn.* 107. *n.* 2. Phyſalus.
3. B. fiſtula duplici in roſtro, dorſo extremo protuberantia cornea. *Arted. ſynon.* 107. *n.* 3.
4. B. fiſtula duplici in fronte, maxilla inferiore multo latiore. *Arted. ſyn. p.* 107. *n.* 4.

38. PHYSETER. *Dentes* in maxilla inferiore. *Fiſtula* in capite ſeu fronte.

1. P. dorſo impenni, fiſtula in roſtro. Catodon. *Arted. ſynon.* 108. *n.* 1.
2. P. dorſo impenni, fiſtula in cervice. Catodon. *Arted. Syn. p.* 104. *n.* 1.
3. P. dorſo ſpina longa, maxilla ſuperiore longiore. *Arted. ſyn. p.* 104. *n.* 1.
4. P. dorſi pinna altiſſima, dentium apice plano. *Arted. ſyn.* 104. *n.* 2.

39. DELPHINUS. *Dentes* in maxilla utraque. *Fiſtula* in capite.

1. D. corpore ſubconiformi dorſo lato, roſtro ſubobtuſo. *fn. ſuet.* 266. Phocaena.
2. D. corpore oblongo ſubtereti, roſtro attenuato, acuto. *Art. ſyn.* 105. *n.* 2. Delphinus.
3. D. roſtro ſurſum repando, dentibus latis ſerratis. *fn. ſuec.* 267. Orca.

(*) *Cetis quibuſdam pinna dorſalis, omnibus pinna caudæ & pectorales. Nullis pinna ani aut ventrales, cum pedes in caudam coadunati.*

CLAS-

CLASSIS II.

AVES.

Aereæ vocales Volucres pulcherrimæ, *Mandibulis protractis nudis*, *Corpore pennis* imbricato, *Alis duabus* pennatis volitantes *bipedes* dignoſcuntur.

Aves leviſſimæ modicæ magnitudinis, tectæ pennis plumisque, deſtitutæ *Auriculis*, *Labiis*, *Cauda*, *Scroto*, *Dentibus*, *Epiglottide*, *Fornice*, *corpore calloſo*, *Diaphragmate*.

Pennæ avibus propriæ imbricatim in quincuncem diſpoſitæ, interſtinctæ *Plumis*, diſtinctæ a *Remigibus Rectricibusque*, omnes, e baſi cylindro concavo vaſi lymphaticis ſimili, elongatæ bifariam radiis parallelis approximatis diſtinctis itidem pinnatis.

Colore ludunt, ſed variant ætate, ſexu, tempeſtate; conſtantiores *Remiges* & *Rectrices*, quæ attente notandæ. (*)

Ova his, animalibus communia (pag. 4. Regn. Anim. n. 3.) numero diverſis vario, ſed majora pro mora excluſionis ſiccæ, ſemper putamine calcareo obtecta, incubatu calido excludenda plerumque Parentis.

Dividitur Avium corpus in *Caput*, *Truncum*, *Artus*.

Caput impoſitum *Collo* elongato, erectiuſculo, teretiuſculo.

Mandibulæ nudæ, edentulæ, exporrectæ in *Roſtrum* corneum, *Naribus* pertuſum, baſi quibusdam *Cera* nuda veſtitum, *Vibriſſis* pectinatim digeſtis ad faucis exterioris margines.

Lingua carnoſa, cartilaginea, emarginata, lacera, ciliata, integra ſ. acuta.

Oculi laterales *palpebris*, *Membranaque nictitante*.

Aures truncatæ absque auriculis.

Ornamenta verticis e *Criſta* pennacea ſ. *Caruncula* frontis gulæve.

Truncus ovatus conſtans *Dorſo* coadunato macro, ſubtus *Sterno* magno carinato muſculoſiſſimo, *Claviculis* coadunatis in *Furcam*, *Abdomine* minore poſtice ſub uropygio perforato *ano*, genitalibus communi.

Artus comprehendunt *Alas*, *Caudam*, *Pedes*.

Alæ 2 ex Brachio & Cubito manibus privato conſtant, quæ poſtice fornicato-ciliatæ Pennis *Remigibus*: exterioribus *Primoribus* cubiti, poſterioribus *Secundariis* brachii, ala *notha* ſupplente rudimentum Pollicis. Hae Remiges proxime teguntur *Tectricibus* alarum proximis & ultra.

Cauda ex *Uropygio* cordato, gemina glandula fœto, ſupra pertuſo, poro penicillo cincto, ambitu ciliato Pennis *Rectricibus* ſæpius 12: pede longioribus in *Macrouris*, brevioribus in *Brachyuris*, ſuntque vel æquales (*Cauda integra*), vel ad latera breviores (*cuneata*), vel ad latera longiores (*forficata*).

Pedes

(*) *Act. Stockh.* 1740. *p.* 370. *t. of.* 11 1.

Pedes duo, ex Femore, Tibia, Digitis & Unguibus.

Femora carnoſa, pennis tecta, ſed ſeminuda in Grallis.

Tibiæ tendinoſæ, plerisque nudæ, anguſtæ, rarius hirſutæ, paucis *Calcari* poſtice cornutæ.

Digitis pedes inſiſtentes ſæpius 4, anterioribus plerisque tribus, pollice unico poſtico, niſi in *ſcandentibus* digitis anticis duobus totidemque poſticis, vel *curſoriis* absque poſtico. *Fiſſi* ſunt & diſtincti Digiti in plerisque terreſtribus (Fiſſipedes); *ſemipalmati* in paluſtribus; membranis vel *Lobati*, aut membrana toti *Palmati* (Palmipedes) in natantibus.

Unguibus inſtruuntur Digiti plerumque, rarius poſticus absque articulo eſt.

Volatilia hæc, Telluris vigiles libidinoſique muſici, plerumque inermia ſunt, cum Alarum remigibus ſe facile in æthera recipiant ab hoſtibus terreſtribus, & Caudæ rectricibus aëreos diverſo volatu eludant, niſi in terra negotiari neceſſe ſit, dum odor vel ingratus hoſtes arcet, vel abolitus occultat; dum aliæ ſpeculantur hoſtemque appropinquantem indicantque aliis.

Arma paucis: *Cornua* Meleagridi cornutæ, Anhimæ.

Calcaria Pavoni, Phaſiano.

Spinæ (axillares) Struthioni Camelo, Fulicæ ſpeciei 4. Charadrii ſpeciei 11. Anhimæ.

Venere *monogama* junguntur pleræque Aves, *polygama* pauciores, ut Gallinæ, Anates. Illæ utriusque ſexus conjunctis viribus ſtruunt nidum ſæpe artificioſiſſimum, uteri ſuccedaneum, incubant ſedulæ ovis, pullos famelicæ alunt, fovent, curant, pro aris & focis defendunt (*), dum in his otientur mares.

Migrationes annuas inter ſeptentrionales æſtivas & auſtrales hybernas plagas arcticæ Telluris inſtituunt non paucæ, ne hyeme demergerentur boreales omnes apud nos inſectivoræ; ſic migrant plurimi *Paſſeres*, inprimis *tenuiroſtres* ob defectum inſectorum; *Grallæ* ob denegatum glacie aditum vermibus & amphibiis; *Anſeres* ob congelatas aquas includentes piſces &c. Revocant vero easdem Dies æſtatis longiores, ciborum copia, denſiores veſtitus, nuptiæ paratæ.

Opera nec ſine fructu peragunt ſua ſingulæ: ſedentes *Accipitres* cadavera auferunt, ut vivis parcant; incedentes *Picæ* quisquilias impuras verminoſasque devorant; natantes *Anſeres* aquarum nimios hoſpites minuunt; vadantes *Grallae* inquirunt in paludum animalcula; currentes *Gallinæ* decidua Grana legunt; ſalientes *Paſſeres* arbuſtarum herbarumque ſemina inſectaque carpunt; eoque varia ſemina Piſcium, Inſectorum, Plantarumque ſæpius in remotiſſima loca ferunt. Conquiruntur *venatu*, *Falconaria*; *Aucupio* inſtituuntur Falcones ad *venatum*, Diomedeae ad *piſcaturam*, Paſſeres ad *Muſicam*. Manſueſcunt *Gallinæ*, *Anates*, *Paſſeresque* varii: in Ornithone ſ. Aviario coluntur ob *carnes*, *ova*, *plumas*, *pennas*, pulchritudinem, ſonum. Aſſervantur *exuviæ*, *ſiccatæ*, *ſpiritu* contentæ.

Ornithologi eminent inter veteres *Bellonius*, *Geſnerus*, *Aldrovandus*; inter recentiores *Willughbæus*; inter recentiſſimos *Marſigli*, *Albinus*, *Seba*, *Catesbæus*, eximiusque *Edwardus*. Syſtematici *Rajus*, *Barrere*, *Kleinius*, *Mœbringius*.

ORDI-

(*) *Moſ. Deuter. XXII.* 6, 7.

ORDINUM Characteres.

I. ACCIPITRES.

Rostrum (*Uncus trahens*) ſubincurvatum: *Mandibula* ſuperiore pone apicem utrinque dente armata: *Naribus* patulis.
Pedes inſidentes, breves, robuſti: *Digitis* ſub geniculis verrucoſis; Unguibus arcuatis, acutiſſimis.
Corpus capite colloque muſculoſis; *Cute* tenaci. Impurum.
Victus: Laniena rapinaque e cadaveribus.
Nidus in altis; *Ova* circiter 4; *Femina* præſtantior; Monogamia.

II. PICÆ.

Rostrum (*Cuneus ſarriens*) cultratum dorſo convexo.
Pedes ambulantes, breves, validiuſculi.
Corpus tenaciuſculum, Impurum.
Victus e quisquiliis.
Nidus in Arboribus; *Mas* alens feminam incubantem; Monogamia.

III. ANSERES.

Rostrum (*Cribrum colans*) læve, epidermide tectum, apice auctum.
Pedes natatorii digitis membrana palmatis: *Tibiis* compreſſis, brevibus.
Corpus pingue, *Cute* tenaci, Plumis præſtantioribus.Ranceſcens.
Victus in Aquis ex plantis, piſcibus, &c.
Nidus ſæpius terreſtris; *Mater* non porrigit pullis; frequentius Polygamia

IV. GRALLÆ.

Rostrum (*Bacillus tentans*) ſubcylindricum.
Pedes vadantes *Femoribus* ſeminudis.
Corpus compreſſum pelle tenuiſſima; *Cauda* brevi. Sapidum.
Victus in Paludibus ex Animalculis.
Nidus in terra ſæpius; Nuptiis variis.

V. GALLINÆ.

Rostrum (*Harpa colligens*) convexum: *Mandibula* ſuperiore fornicata ſupra inferiorem. *Naribus* membrana cartilaginea fornicatis.
Pedes curſorii *Digitis* ſubtus ſcabris.
Corpus ſebaceum, muſculoſum. Purum.
Victus e Granis in ingluvie macerandis. Pulveratrices.
Nidus in Terra absque arte. *Ovis* numeroſis. *Pullis* cibus demonſtrandus. Polygamia.

VI. PASSERES.

Rostrum (*Forceps excipiens*) conico-acuminatum.
Pedes ſalientes, teneri, fiſſi.
Corpus tenellum: *Granivoris* Purum. *Inſectivoris* Impurum.
Victus è Seminibus aut Inſectis.
Nidus artificioſus; *Pullis* cibus inculcandus. Monogamia.

CHA-

CHARACTERES AVIUM.

I. ACCIPITRES.

40. Vultur Roſtrum *aduncum.* Caput *denudatum.*
41. Falco Roſtrum *aduncum baſi* Cera *tectum.*
42. Strix Roſtrum *aduncum baſi* Setis *tectum.*
43. Lanius Roſtrum *rectiuſculum.*

II. PICÆ.

* Digitis anticis 2, poſticis 2.
44. Psittacus Lingua *carnoſa.* Mandibula *ſuperior adunca.*
45. Ramphastos Lingua *pennacea.* Mandibula *ſuperior inanis.*
52. Cuculus Lingua *cartilaginea.* Mandibula *ſuperior naribus marginatis.*
53. Jynx Lingua *lumbriciformis.* Mandibula *ſuperior teretiuſcula.*
54. Picus Lingua *lumbriciformis.* Mandibula *ſuperior priſmatica.*

* Digitis anticis 3, poſtico 1. Lingua inciſa.
48. Corvus Mandibula *ſuperior cultrata baſi* ſetis *tecta.*
49. Coracias Mandibula *ſuperior cultrata baſi nuda.*
55. Sitta Roſtrum *porrectum rectum.*
57. Merops Roſtrum *arcuatum carinatum.*
60. Trochilus Roſtrum *filiforme, capite longius.*

* Digitis anticis 3, poſtico 1. Lingua integra.
46. Buceros Mandibula *ſuperior fronte oſſeo-gibboſa.*
47. Crotophaga Mandibula *ſuperior compreſſa, infracta, transverſe ſulcata.*
50. Gracula Mandibula *ſuperior compreſſa, lævis, baſi nuda.*
51. Paradisea Mandibula *ſuperior ad medium usque plumoſo-boloſericea.*
56. Alcedo Mandibula *ſuperior angulata.* Lingua *breviſſima.*
58. Upupa Roſtrum *arcuatum.* Lingua *obtuſa.*
59. Certhia Roſtrum *arcuatum.* Lingua *acuta.*

III. ANSERES.

* Roſtro apice unguiculato.
61. Anas Nares *ovales.* Dentes *lamelloſi.*
62. Mergus Nares *ovales.* Dentes *ſubulati.*
64. Procellaria Nares *in cylindrum connatæ.*
65. Diomedea Nares *ſubcylindricæ, diſtantes.*
66. Pelecanus Nares *lineares.* Facies *nuda.* Pedes *Digitis omnibus palmatis.*

* Roſtro apice ſimplici.
67. Phäeton Roſtrum *cultrato-ſubulatum, fauce ampliore.* Pedes *Digitis 4 anticis.*
63. Alca Roſtrum *transverſe faſciatum.* Pedes *absque poſtico.*
68. Columbus Roſtrum *ſubulatum, capite longius.* Pedes *pone æquilibrium.*
69. Larus Roſtrum *ſubtus pone apicem gibbum.*
70. Sterna. Roſtrum *ſubulatum.*
71. Rhyncops Roſtri *maxilla ſuperior brevior.*

IV.

IV. GRALLÆ.

* Roſtro magno capite longiore.
72. Phoenicopterus Roſtrum *infractum*, *denticulatum*. Pedes *palmati*.
73. Platalea Roſtrum *depreſſum: apice rotundato-dilatato.*
74. Mycteria Roſtrum *mandibulis adſcendentibus.*
75. Tantalus Roſtrum *arcuatum* ſacco *gulari.*
76. Ardea Roſtrum *rectum*, *acutiuſculum.*
80. Recurvirostra Roſtrum *ſubulato-attenuatum*, *recurvum.*
77. Scopolax Roſtrum *rectum*, *teretiuſculum*, *obtuſiuſculum.*

* Roſtro capite vix longiore. Pedibus tetradactylis.
78. Tringa Roſtrum *teretiuſculum*, *obtuſum.* Pollex *vix inſiſtens.*
82. Fulica *Roſtri baſis* fronte *calva.*
83. Rallus Roſtrum *ſubcarinatum.* Corpus *compreſſiuſculum.*
84. Psophia Roſtrum *ſubfornicatum.* Nares *ovatæ.*

* Roſtro capite vix longiore. Pedibus tridactylis.
81. Hæmatopus Roſtrum *compreſſiuſculum apice cuneo.*
79. Charadrius Roſtrum *teretiuſculum*, *obtuſum.*
85. Otis Roſtrum *ſubfornicatum.* Lingua *emarginata.*
86. Struthio Roſtrum *conicum.* Alæ *non volitantes.*

V. GALLINÆ.

87. Pavo Vertex *pennis revolutis* Roſtrum *nudum.*
88. Meleagris Facies *carunculis verrucoſa.*
89. Crax *Baſis roſtri* Cera *obtecta.*
90. Phasianus Genæ *nudæ*, *læves.*
91. Tetrao Supercilia *nuda*, *pupilloſa.*

VI. PASSERES.

* Graminivori craſſiroſtres.
92. Columba Roſtrum *cera obliterata* Naribus *tumidis.*
93. Alauda Roſtrum *porrectum.* Ungvis *pollicis longiſſimus.*
95. Turdus Roſtrum *naribus membrana ſemitectis.*
96. Loxia Roſtrum *conico-gibbum.* Lingua *integra.*
97. Emberiza Roſtrum *mandibula inferiore latiore*, *lateribus ſurſum coarctata.*
98. Fringilla Roſtrum *conicum*, *rectum*, *æquale.*

* Inſectivori tenuiroſtres.
94. Sturnus Roſtrum *mandibula ſuperiore planiuſcula undique marginata.*
99. Motacilla Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *lacera.*
100. Parus Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *truncata*, *quadriſeta.*
101. Hirundo Roſtrum *depreſſum*, *incurvatum.* Faux *imberbis.*
102. Caprimulgus Roſtrum *depreſſum*, *incurvatum.* Faux *vibriſſis ciliata.*

Ordo I.

Ordo I.

ACCIPITRES.

Roſtrum *e mandibula ſuperiore denticulum utrinque exſerens.*

40. VULTUR. *Roſtrum* rectum, apice aduncum. *Caput* impenne, antice nuda cute. *Lingua* bifida.

1. V. maximus, caruncula verticali longitudine capitis. Gryphus *Klein. av.* 45.
2. V. occipite ſubcriſtato. † Yzquauthli. *Hern. mex. p.* 34. Aquila criſtata *Raj. av.* 161. *Roſtrum Vulturis. Oculi membrana nictitante. Sub ingluvie pennae albae, quas iratus demittit usque ad pedum digitos, alae caudaque ſubtus albo nigroque punctatae colore Tigridis. Erectus conſidet. Pennas occipitis ſaepius erigit in formam coronae. Fertur iratus unico ictu hominis cranium findere.*
3. V. naribus carunculatis, vertice colloque denudato. *Edw. av. t.* 2
4. V. fuſco-griſeus remigibus nigris, roſtro albo. *Marcgr. braſ.* 207. Urubu. Buteo *Cateſb. car.* 1. *t.* 6.
5. V. albidus, dorſo fuſco, jugulo barbato, roſtro incarnato, capite linea nigra cincto. *Edw. av. t.* 106. *Ad baſin maxillae inferioris barba dependet; frons oculorumque regio atra*
6. V. remigibus nigris margine exteriore (praeter extimas) canis. *Albin av.* 2. *t.* 3. Perenopterus ſeu Gypaëtos *Aldr. Orn. t.* 2. *c.* 10. Mas *totus albus: Remigibus atris margine exteriore canis, exceptis duabus primis unicoloribus.* Femina *tota fuſca: Remigibus* 4 *extimis concoloribus Roſtrum atrum, cera flava. Nares perpetuo ſtillant. Purgat Cairi terram a cadaverum foetore, ſtipendiis allectus.*

41. FALCO. *Roſtrum* aduncum, baſi cera inſtructum. *Caput* pennis arcte tectum. *Lingua* bifida.

α. *Cera lutea.*

1. F. cera lutea, pedibus ſemilanatis, corpore ferrugineo-nigricante, ſtriis flavis. *Albin. av.* 2. *p.* 2. *t.* 2.
2. F. cera lutea, pedibus lanatis, corpore fuſco-ferrugineo vario, cauda nigra baſi cinerea undulata. *Fn. Suec.* 56.
3. F. cera flava, pedibus lanatis, dorſo fuſco, cauda faſcia alba. Chryſaëtos. *Willugb. orn. t.* 1. *p.* 28.

4.

Aquilæ *dictæ fuere Falcones majores, pedibus hirſutis.*
Falconaria ars ad aucupium & venatum inſtituendi Falcones tranſiit in ſcientiam; inter auctores plurimos eminet d'Eſparon Falconaria. Trancf. 1617. 4°.

4. F. cera flava pedibusque lanatis, corpore fuſco, cauda alba apice fuſco. *Sloan. jam.* 2. *p.* 297.
5. F. cera, palpebris, pedibusque luteis, corpore cinereo alboque undulato, collari albo.
6. F. cera pedibusque luteis corpore caeruleſcente fuſcoque maculato, pectore immaculato, cauda faſciata. *Albin. av.* 3. *t.* 2.
7. F. cera, palpebris, pedibus, ſubtusque luteis, dorſo nigro-cœruleſcente, temporibus, linea alba incluſis. *Edw. av. t.* 108.
8. F. cera flava, rectricibus albis intermediis apice nigris. *fn. Suec.* 58.
9. F. cera flava, corpore cinereo, abdomine pallido maculis oblongis rufis, oculorum orbita alba. *Albin. av.* 2. *t.* 5 *fœmina.* & 3. *t.* 3 *mas.*
10. F. cera flava, cauda forficata, corpore ferrugineo, capite albidiore. *fn. Suec.* 59.
11. F. cera flava, cauda forficata longiſſima, corpore fuſco, ſubtus albido. *Catesb.* 1. *t.* 4.
12. F. cera pedibusque flavis, corpore cinereo maculis fuſcis, cauda faſciis quatuor nigricantibus. *fn. Suec.* 60.
13. F. cera pedibusque flavis, dorſo fuſco, nucha alba, abdomine pallido maculis oblongis fuſcis. *fn. Suec* 64.
14. F. cera pedibusque luteis, corpore fuſco, abdomine pallido maculis oblongis fuſcis. *Albin. av.* 1. *t.* 1.
15. F. cera pedibusque flavis, dorſo rufo punctis nigris pectore maculis longitudinalibus fuſcis, cauda rotundata. *fn. Suec.* 67. *Habitat in Europæ turribus, aviculis muribusque infeſtus. In cauda faſcia unica lata nigra verſus apices.*
16. F. cera pedibusque luteis corpore fuſco-albido, oculorum operculis oſſeis. *Corpus ſupra fuſcum plumis baſi albis; ſubtus luteo albo fuſcoque maculatum, uti etiam rectrices. Nares lobo carneo intercalari. Iratus aut territus caput inflat ad marginem corporis.*
17. F. cera pedibus luteis, palpebris albis, corpore fuſco albidoque vario, annulo nigro verticem album cingente. *Corpus ſupra Dorſum, Alas, Uropygium fuſcum; ſed alba ſunt collum, gula, pectus, abdomen, alæ ſubtus. Cauda faſciis luteis nigrisque.*
18. F. cera lutea, capite fuſco vertice abdomineque rubro, alis cæruleſcentibus. *Catesb. carol.* 1. *t.* 5.
19. F. cera lutea, corpore fuſco ſubtus albido, cauda fuſca, faſciis linearibus quatuor albis. *Catesb. carol.* 1. *t.* 3.
20. F. cera lutea, pedibus roſtroque cœruleis, corpore ſubtus maculis longitudinalibus. *fn. Suec.* 61.

β. Cera obſcura.

21. F. cera pedibusque cæruleis, corpore ſupra fuſco, ſubtus albo, capite albido. *fn. Suec.* 57. *Victitat piſcibus majoribus, anatibusque.* Pes *ſiniſter ſubpalmatus.*
22. F. cera cærulea, pedibus luteis, corpore fuſco; ſubtus faſciis cinereis, caudæ lateribus albis. *fn. Suec.* 62.
23. F. cera nigra, pedibus ſeminudis flavis, capite cinereo, caudæ faſcia cinerea, apice albo. *fn. Suec.* 66.
24. F. cera fuſca, corpore griſeo, verticeque gula axillis pedibusque luteis. *fn. Suec.* 63.
25. F. cera nigra margine pedibusque flavis, corpore fuſco, rectricibus faſciis pallidis, ſuperciliis albis. *Albin. av* 2. *p.* 8. *t.* 8. *Subtus totus albus nigro undulatus. Rectrices apice albæ.*
26 F. cera viridi, pedibus flavis, pectore albo fuſco undulato, cauda faſciis nigricantibus. *fn. Suec.* 68. *Venatur egregie Alaudas; Columbis Paſſeribusque infeſtus, eoque utimur in aucupiis.*

 42. STRIX.

42. STRIX. (*) *Roſtrum* aduncum (absque Cera) baſi pennis ſetaceis tectum. *Caput* grande auribus oculisque magnis. *Lingua* bifida.

α. *Auriculatæ.*

1. S. capite auriculato, corpore rufo. *fn. Suec.* 45.
2. S. capite auriculato, corpore albido. *fn. Suec.* 46.
3. S. capite aurito, corpore ſupra ferrugineo, ſubtus cinereo, alis punctis quinque albis. *Catesb.* 1. *t.* 7.
4. S. capite auriculato, pennis ſenis. *fn. Suec.* 47. *Criſtæ auritæ albidæ faſciis 6 fuſcis.*
5. S. capite auriculato penna ſolitaria. Scops. *Aldr. Ornith. l.* 8. *c.* 4.

β. *Inauriculatæ.*

6. S. capite lævi, corpore ferrugineo, iridibus atris, remigibus primoribus ſerratis. *fn. Suec* 48.
7. S. capite lævi, corpore fuſco, iridibus flavis. *fn. Suec.* 51.
8. S. capite lævi, corpore albido maculis lunatis diſtantibus fuſcis. *fn. Suec.* 54. *Alba, fereque immaculata in Alpibus Lapponicis.*
9. S. capite lævi, corpore ferrugineo, remige tertia longiore. *fn. Suec.* 55.
10. S. capite lævi, corpore ſupra fuſco albo maculato, rectricibus faſciis albis. *fn. Suec.* 52.
11. S. capite lævi remigibus albis: maculis quinque ordinum. *fn. Suec.* 53.

43. LANIUS. *Roſtrum* rectiuſculum, dente utrinque verſus apicem, baſi nudum. *Lingua* lacera.

1. L. cauda cuneiformi, capite criſtato, corpore ruſeſcente, ſubtus fulvo fuſcoque undulato. *Edw. av. t.* 54.
2. L. cauda cuneiformi lateribus alba, dorſo cano, alis nigris, macula alba. Ampelis *fn. Suec.* 181. *Accipitres adventantes obſervat, & aviculis indicat.*
3. L cauda ſubcuneiformi, dorſo griſeo, rectricibus quatuor intermediis unicoloribus, roſtro plumbeo. Ampelis. *fn. Suec.* 180. *t.* 1. *f.* 180.
4. L. vertice nigro ſtria longitudinali fulva. Muſcicapa coronata. *Catesb.* 1. *t.* 55. *Color obſcure cinereus, abdomine albo.*
5. L. corpore rubro, faſcia oculari remigum rectricumque apicibus nigris. *Edw. av. t.* 39.
6. L. corpore luteſcente, fronte alisque nigris. *Osbeck it.* 227. Magnitudo *præcedentium.* Caput & Collum *ſupra griſeum*, Collum *ſubtus teſtaceo albidum.* Dorſum & abdomen *pallide teſtacea.* Remiges *nigrae: primores baſi albæ; ſecundariæ apice albicantes.*
7. L. cauda integra, corpore ſupra nigro, ſubtus albo, occipite purpureo. *Al-*

(*) Strix *differt a Falcone ut Phalaena a Papilione: altera enim diurna, alter nocturnus eſt; noctu praedantur aviculas muribus; die cæcutiunt; pedes lanati ne frigeſcant; aures amplæ ut percipiant: die aviculis opprobrio expoſitis.*

Albin. av. 2. *t.* 16. *Faſcia frontis & baſeos alarum alba, macula alba in remigibus.*

8. L. cauda forficata; corpore nigro cœruleſcente, abdomine albo. *Edw. av. t.* 56.

9. L. cauda integra, corpore griſeo, palpebra inferiore purpurea, ano ſanguineo. Caput *nigrum.* Gula *alba.* Abdomen *albicans.* Roſtrum *rectius quam in reliquis, ſed utrinque intra apicem emarginatum.*

10. L. remigibus ſecundariis apice membranaceo colorato, cauda integra. Ampelis. *fn. Suec.* 179. Garrulus Bohemicus. *Alb. av.* 2. *t.* 26. Vibriſſæ *ad roſtrum nullæ, quemadmodum in* Turdis, *a quibus etiam Roſtro breviore apice magis incurvo differt:* Nares *ſetis tectæ ut in* Corvis: *Proxime autem dubia avis* Laniis *accedit; Facies ex faſcia oculari non repugnat, ſed baccivora nec rapax. Remiges ſecundariæ ſquama colorata terminatæ. Nutritur baccis Sorbi.*

β. Garrulus Carolinenſis. *Catesb. Car.* 1. *t.* 46.

Ordo 2.

PICÆ.

Roſtrum *ſubcompreſſum convexum.*

41. PSITTACUS. *Roſtrum* aduncum: Mandibula ſuperiore mobili, cera inſtructa. *Lingua* carnoſa, obtuſa, integra. *Pedum* digiti antici 2, poſticique 2.

α. Macrouri cauda cuneiformi.

1. P. macrourus ruber, remigibus ſupra cœruleis, ſubtus rufis, genis nudis rugoſis. *Albin. av.* 1. *t.* 11. *Edw. av. t.* 158. Corpus *magnitudine Gallinæ, coccineum.* Roſtri *maxilla ſuperior alba, inferior nigra.* Tempora *nuda alba, rugoſa.* Remiges *imprimis exteriores cæruleæ, tectricibus pluribus luteis.* Cauda *cuneiformis, longiſſima.* Rectrices *rubræ, lateribus coeruleis.*

2. P. macrourus ſupra cœruleus, genis nudis; lineis plumoſis. *Edw. av. t.* 159. Ararauna *Marcgr. br.* 206. *Alb. av.* 3. *t.* 10. *Fem.* & 2. *t.* 17. *Mas. Cœrulea ſupra collum, dorſum, alas, caudam: ſubtus collo, pectore, abdomine, cauda lutea* fœminæ, *rubra vero* Maris. *Nigra Roſtrum, Gula.* Palpebræ *ſerratae papillis nigris.* Tempora *nuda, lineata punctis plumoſis cœruleo nigris.*

3. P. macrourus niger, genis nudis, vertice cinereo nigreſcente vario, cauda cinerea. *Haſſelq. it.* 236.

4. P. macrourus viridis, genis nudis, humeris coccineis. *Sloan. jam.* 2. *p.* 297. *Aldr. orn. l.* 11. *c.* 5.

5. P. macrourus viridis, genus nudis remigibus rectricibusque cœruleis, ſubtus purpuraſcentibus. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 13.

6. P.

(*) Pſittaci *monogami, per paria incedunt, garridi, loquaces, dociles, longævæ, victitant imprimis nucibus, glandibus, ſem Cucurbitarum, carthami; ſcandunt roſtro. Irati pennas erigunt, meditabundi.*

6. P. macrourus ruber, remigibus rectricibusque apice viridibus, alis macula cœrulea. l. *Edw. av.* 173.
7. P. macrourus luteus, alarum tectricibus viridibus, cauda forficata. *Albin. av.* 3. *t.* 13.
8. P. macrourus viridis, capite collo genibusque luteis. *Catesb. car.* 1, *t.* 11.
9. P. macrourus viridis, collari pectoreque rubro, gula nigra. *Albin. av.* 2. *t.* 18. & 3. *t.* 14. *Habitat in China, Benghala, Aethiopia. Primus (totus viridis torque miniato) innotuit ſub expeditione Alexandri Magni.* Plin.
10. P. macrourus viridis, genis fulvis, remigibus rectricibusque caneſcentibus. *Friſch. av.* 4. *t.* 54.
11. P. macrourus viridis, fronte rubra, occipite remigibusque extimis cœruleis. *Edw. av. t.* 167. *Magnitudo Turdi. Cauda corpore longior.*
12. P. macrourus viridis, vertice remigibusque primoribus cœruleis. *Edw. av. t.* 177. *Cauda corpore brevior.*
13. P. macrourus viridis, roſtro pedibusque rubris, rectricibus apice cærulefcentibus. *Edw. av. t.* 175. Tujaputepjuba. *Marcgr. br.* 206. *n.* 3.
14. P. macrourus luteo-viridis, occipite, gula, pectoreque rubris, vertice auribusque caeruleis. *Edw. av. c.* 174.
15. P. ſubmacrourus viridis, tectricibus remigum primorum cœruleſcentum fulvis, cauda ſubtus rubra. *Edw. av. t.* 168. *Magnitudo Coccothrauſtis. Cauda cuneiformis ſed non elongata.*

β. Brachyuri cauda aequali.

16. P. brachyurus albus, criſta dependente flava. *Edw. av. t.* 160. *Friſch av.* 4. *t.* 50.
17. P. brachyurus niger. *Edw. av. t.* 5. Cauda *longa, ſed aequalis.*
18. P. brachyurus ſubfuſcus, gula cærulea, alis caudaque viridibus, roſtro anoque rubris. *Edw. av. t.* 167.
19. P. brachyurus cinereus, uropygio, rectricibus remigibusque coccineis †. Pſittacus erytholeucus. *Willughb. orn.* 76.
20. P. brachyurus canus, temporibus albis, cauda coccinea. *Friſch. av. t.* 51. *Alb. av.* 1 *t.* 12.
21. P. brachyurus ruber, genibus alisque viridibus, rectricibus medietate poſtica cœruleis. *Edw. av. t* 172.
22. P. brachyurus coccineus, alis viridibus nigrisque rectricibus flavis, medietate poſtica vireſcentibus. *Raj. av.* 31. Corpus *coccineum, magnitudine Turdi.* Alarum *tectrices virides.* Remiges *nigræ, margine exteriore viridi, ſubtus purpuraſcentes. Annulus viridis ſupra genua.* Pedes *nigri.* Roſtrum *flavum.* Raj.
23. P. brachyurus ruber, pileo fuſco, alis viridibus, humeris genibusque cœruleis. *Edw. av. t.* 171.
24. P. brachyurus purpureus, pileo nigro alis viridibus, pectore genibus caudaque cœruleis. *Edw. av. t.* 170. *Friſch. av.* 4. *t.* 44?
25. P. brachyurus capite pectore dorſoque cœruleis, ventre, uropygio, caudaque viridibus, ventre flavo. *Aldr. orn. l.* 11. *c* 9. *Will. orn.* 75. §. 6. *Raj. av.* 31.
26. P. brachyurus viridis, remigibus cœruleis, fronte alba. *Edw. av. t.* 166. Corpus *magnitudine Cuculi viride pennis margine nigris.* Caput *ſupra & ad latera cœruleum; fronte oculorumque regione alba.* Gula *tota rubra.* Remiges *nigræ, latere exteriore denudato cœruleæ.* Rectrices *æquales, virides, baſi rubræ, apice flaveſcentes, at* 1. 1. *latere exteriore cæruleo;* 6. 6. *unicolores.* Abdomen *poſtice ferrugineum*
27. P. brachyurus viridis, fronte cœrulea, humeris ſanguineis. *Edw. av. t.* 162. Corpus *magnitudine Columbæ, viride, dorſo adſperſo pennis luteis.* Facies *flava.* Frons *cærulea.* Vertex *albidus.* Remiges *virides apice pallidiores:* 1, 2, 3. *baſi interiore rubræ, at* 1. *etiam latere exteriore cœrulea.* Humeri *fulvi ſ. ſanguinei.* Remiges *primores nigræ, apice cæruleſcentes, latere exteriore virides: ſecundariæ anteriores latere exteriore verſus baſin rubræ.* Roſtrum *nigrum.*

28. P.

28. P. brachyurus luteus, angulo abdominis rectricibusque baſi rubris. *Catesb. Car.* 1. *t.* 10.
29. P. brachyurus viridis, fronte purpuraſcente, ſuperciliis guloque cœruleis, dorſo ſanguineo. Corpus *magnitudine Columbae.*
30. P. brachyurus viridis facie rubra, temporibus cœruleis. *Edw. av. t.* 161. *Avis viridis flavo conterminata: Rubrum infra flexulam alæ & in exteriore latere rectricum* 2. 2. *cœruleum in latere exteriore remigum rectricumque primorum.*
31. P. brachyurus viridis, fronte remigumque macula coccinea, vertice remigibusque primoribus cœruleis. *Edw. av. t.* 164. Magnitudo *Columbæ.* Corpus *viride. Oculorum regio cœrulea.* Alarum *tectrices primores cœruleæ, baſi rubræ. Remiges primores cœruleae, poſteriores virides. Rectrices ſupra virides, apice flaveſcentes: extimo latere exteriore cœruleo: ſubtus flavæ, baſi rufeſcentes, medio macula viridi.*
32. P. brachyrus viridis, capite griſeo, collo pectoreque ſubviolaceo vario, remigibus rectricibusque apice cœruleis. *Edw. av. t.* 165. *Cluſ. ex.* 365.
33. P. brachyurus viridis ſubtus luteus, pileo nigro, pectore albo. *Edw. av. t.* 169.
34. P. brachyurus viridis, collo rubente. *Sloan. jam.* 2. *p.* 297. *Raj av.* 181.
35. P. brachyurus viridis, fronte rubra; cauda fulva faſcia nigra. *Alb. av.* 3. *t.* 15. *Friſch. av.* 4. *t.* 54. *Seb. muſ.* 2. *p.* 40. *t.* 40. *f.* 1. *Cluſ. ex.* 365. *Raj av.* 31.
36. P. brachyurus viridis, uropygio pectoreque coccineis, vertice cœruleo. *Edw. av. t.* 6. *Pede altero ſuſpenſus dormit.* Plin. x. 33. *Galgulos ipſos dependentes pedibus ſomnum capere confirmat, quia tutiores ita ſe ſperent.*
37. P. brachyurus luteo viridis, macula alarum alisque ſubtus cœruleis. *Muſ. Ad. fr.* 1. *p.* 14. *Magnitudo Paſſeris. Remiges ſubtus & Tectrices alarum primariæ cœruleæ.*

45. RAMPHASTOS. *Roſtrum* maximum, inane, convexum, extrorſum ſerratum. *Nares* pone maxillas. *Lingua* pennacea. *Pedum* digiti antici poſticique gemini.

1. R. roſtro nigro, carina craſſiſſima.
2. R. roſtro rubro, carina obtuſa alba. Maxillæ *verſus baſin faſcia nigra.*
3. roſtro rubro; apice nigro: carina compreſſa. *Alb. av.* 2. *t.* 25. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 19. Roſtrum *magnum inter congeneres; etiam baſi nigricans.*
4. R. roſtro nigro: macula ſuperiore lateribus alba, baſi triloba. *Edw. av. t.* 64. Aracari *Marcgr. br.* 217. *Raj. av* 44. *Maxilla ſuperior ad nares triloba, quod non in reliquis, faſcia abdominis anoque ſanguineis.*

46. BUCEROS. *Roſtrum* convexum, cultratum, frontis calvaria nuda, oſſea, gibboſa. *Nares* in baſi roſtri. *Lingua* acuta brevis.

1. B. fronte oſſea plana, antrorſum bicorni. *Petiv. gaz. t.* 28. *f.* 6. & *t.* 31. *f.* 1. *Willugb. orn. t.* 17. *f.* 1. Corpus *magnitudine Gallinæ nigrum; ſubtus pectore, abdomine, femoribus album. Macula alba in remigibus alarum.*

Cauda *longiuſcula.* Rectrices 10 *nigræ*, *extimis utrinque albis.* Pedes *vireſcentes : digitis* 3 *anticis ; poſtico* 1.

2. cornu maxillari frontis recurvato. *Will. orn. t.* 17. *f.* 3. *Worm. muſ.* 292. *Cum Wilivghbeus aliique roſtrum extrorſum ſerratum ſiſtant, videtur Rhamphaſti potius generis eſſe avis. Fœda fœtidaque cadaveribus victitans venatores comitatur.*

47. CROTOPHAGA. *Roſtrum* compreſſum, ſemiovatum, arcuatum, ſulco utrinque exaratum: Mandibula ſuperiore margine utrinque angulata. *Nares* perviæ.

1. Crotophaga. *Brown. jam.* 474. *Sloan. jam.* 2. *t.* 256. *f.* 1. *Catesb. car.* 3. *t.* 3. Ani *Marcgr. br.* 193. *Will. orn.* 120.

48. CORVUS. *Roſtrum* convexum, cultratum, pennis ſetaceis tectum. *Lingua* cartilaginea bifida.

1. C. ater, dorſo cœruleſcente, cauda ſubrotunda. *fn. Suec.* 69. Corvus.
2. C. atro-cœruleſcens, cauda rotundata, rectricibus acutis. *Raj. av.* 39. *n.* 2. *Alb. av.* 2. *t.* 21.
3. C. ater, fronte cineraſcente. *fn. Suec.* 70. cornix frugilega.
C cineraſcens, capite, gula, alis, caudaque nigris. *fn. Suec.* 71.
5. C. fuſca, occipite incano, fronte alis caudaque nigris. *fn. Suec.* 72. Monedula.
6. C. vertice alis caudaque cœruleis, collo griſeo. *Alb av.* 1. *t.* 17.
7. C. tectricibus alarum cœruleis; lineis transverſis albis nigrisque, corpore ferrugineo variegato. *fn. Suec.* 74. Pica giandaria.
8. C. tectricibus alarum lineis transverſis nigris, corpore cœruleo, collari nigro. *Catesb. car.* 1. *t.* 15.
9. C. fuſcus alboque punctatus, alis caudaque nigris; rectricibus apice albis, intermediis apice detritis. *fn. Suec.* 75. Caryocatactes.
10. C. albo nigroque varius, cauda cuneiformi. *fn. Suec.* 76. Pica caudata.
11. C. albo nigroque varius, cauda cuneiformi, remigibus intermediis longiſſimis, capite nigro criſtato. Manucodiata *Raj. av.* 195. *t.* 2. *f.* 13. *Seb. muſ.* 1. *t.* 52. *f.* 3 : *t.* 30. *f.* 5. *Edw. av. t.* 113.
12. C. dorſo cinereo, rectricibus rufis, intermediis duabus cinereis, faſcia nigricante. *fn. Suec.* 187. *Willugb. orn.* 145. §. 3. *t.* 36. *Raj. av.* 65. *Alb. av.* 3. *p.* 51. *t.* 55.

49. CORACIAS. *Roſtrum* cultratum apice incurvato, baſi pennis denudatum. *Lingua* cartilaginea bifida.

1. C. cærulea, dorſo rubro, remigibus nigris. *fn. Suec.* 73. *Geſn. av.* 335. *Edw. av. t.* 109.
2. C. cærulea, remigibus margine exteriore luteis.
3. C. flava, alis caudaque nigris. *Act. Stockb.* 1750. *p.* 127. *t.* 3. *f.* 5. *Edw. av. t.* 185. *Alb. av.* 3. *t.* 20.

3. C.

4. C. fulva, capite dorſo remigibusque nigris. *Catesb. Car.* 1. *p.* 48.
5. C. flavo-fulva, gula rectricibus primariis extremitateque rectricum nigris. *Edw. av. t.* 112.
6. C. flava, capite remigibusque primoribus nigris. *Edw. av. t.* 77. *Brown. Jam.* 477. *Catesb. Car.* 3. *t.* 5.

50. GRACULA. *Roſtrum* convexo-cultratum, baſi nudiuſculum. *Lingua* integra acutiuſcula, carnoſa. *Pedes* digitis anticis 3, poſtico 1.

1. G. nigro violacea, macula alarum alba, faſcia occipitis nuda flava. *Edw. av. t.* 17. *Albin. av.* 2. *p.* 35. *t.* 38. *Willugb. orn.* 145. §. 2. *t.* 38.
2. G. nigra, remigibus extus cœruleſcentibus, faſcia collari nuda. Magnitudo *Picæ.* Corpus *nigrum, at Alæ compoſitis remigibus extus cæruleſcentes absque alba macula.* Rectrices *æquales.* Caput *nigrum, plumis erectis breviſſimis quaſi holoſericeum.* Roſtrum *fere Cuculi.* Nares *ovatæ nudæ.* Lingua *integra cornoſa acuta.* Pedes *4dactyli*, 1 *poſtico.*
3. G. ſubgriſea, humeris cæruleis, remigibus extus viridibus. Roſtrum *breviuſculum, cultratum, nigricans, baſi nudum, ſubtus albicans.* Alæ *complicatis remigibus virides; explicatæ remiges intus nigræ.* Cauda *rotundata, viridis dum complicata.*
4. G. nigra, remigibus primoribus baſi rectricibusque apice albis, roſtro flavo. *Edw. av. t.* 19.
5. G. nigro cæruleſcens, abdomine, macula alarum, rectricibusque lateralibus albis. *Edw. av. t.* 181. *Albin. av.* 3. *t.* 17, 18. *Raj. av.* 197. *t.* 2. *f.* 19, 20.
6. G. nigro-violacea, cauda ſubcuneiformi. *Catesb. Car.* 1. *t.* 12. *Brown. jam.* 476. *Virginianis inviſa avis, aqua & igne interdicta, ſed injuſte.*
7. G. viridi cærulea abdomine ferrugineo, pedibus ſanguineis. Corvus *Haſſelq. iter.* 140. *n.* 20.

51. PARADISEA. *Roſtrum* baſi plumis tomentoſis tectum. *Pennæ* hypochondriorum longiores.

1. P. pennis hypochondriis corpore longioribus, rectricibus intermediis longis ſetaceis. *Cluſ. ex.* 360. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 13. *f.* 1. *Edw. av. t.* 110. *Marcgr. br.* 201. Cirri 2 *caudæ apice attenuati, nudi, recti. Gregaria. Apodam perperam dixere veteres. Victitat Papilionibus maximis.*
2. P. cirris caudalibus filiformibus apice lunato-pennaceis. *Muſ. Ad. fr.* 1. *p.* 15. *Pet. gaz. t.* 53. *f.* 2. *Cluſ. ex.* 362. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 38. *f.* 5. *Edw. av. t.* 111. *Purpurea pectorali cæruleſcente; Cirri caudæ longiſſimi. Pennæ ſub alis ſunt reliquis longiores, licet caudæ breviores.* (*)

(*) Paradiſeas *fictas* (Seb. Muſ 1. t. 60. f. 1, 2, 3.) *e Pſittacis aliisque vendidit ſæpe Muſeis aſtus Chinenſium.*

52. CUCULUS. *Roſtrum* teretiuſculum. *Nares* margine prominulæ. *Lingua* ſagittata, plana, integra.

1. C. cauda æquali nigricante albo punctata. *fn. Suec.* 77. *Victitat Larvis. Ova ſua aliarum avicularum nidis imponit, cubandi impotens; variat ætate, Sexu. Tempore frondeſcentiæ, floreſcentiæ, groſſificationis cuculat. Occultatur Caniculæ ortu. In Falconem transformari perperam aſſeritur.*
2. C. cauda æquali, capite criſta erecta, remigibus primoribus rubris Touraco *Alb. av.* 2. *t.* 19. *Edw. av. t.* 7. *Antice viridis, poſtice ſubviolaceus, remigibus primoribus rubris; linea alba ſupra & infra palpebras ſanguineas.*
3. C. cauda cuneiformi, corpore ſubfuſco, ſubtus teſtaceo, ciliis rubris. *Sloan jam.* 2. *t.* 258. *f.* 1, 2. *Brown. jam.* 476. Picus pluviæ avis dictus. *Raj av.* 182. *Voce clamoſiore pluviam præſagit. Jamaicenſis.*
4. C. cauda cuneiformi, capite ſubcriſtato, faſcia oculari nigra. *Edw. av. t.* 57. Dorſum *fuſcum.* Alæ *albo punctatæ*; *ſubtus teſtaceus eſt.* Caput *cinereum ſubcriſtatum. Linea nigra trans oculos.*
5. C. cauda cuneiformi, corpore undique griſeo fuſcoque nebuloſo. *Edw. av. t.* 59.
6. C. cauda cuneiformi, corpore ſupra cinereo; ſubtus albo, maxilla inferiore luteā. *Catesb. car. t.* 9.
7. C. cauda cuneiformi, corpore nigro nitido, roſtro flavo. *Edw. av. t.* 58.
8. C. cauda ſubforcipata, gula pectoreque nigris, nucha rubra. Picus. *Catesb. car. t.* 18. Cauda *refert Picum. Avis varia pulchra; rachis remigum primorum aurea.*

53. JYNX. *Roſtrum* teretiuſculum, acuminatum. *Nares* concavæ. *Lingua* teres, lumbriciformis, longiſſima, apice mucronata.

1. JYNX. Cuculus *fn. Suec.* 78. *t.* 1. *f.* 78. Torquilla. *Will. orn.* 95. *t.* 22.

54. PICUS. (*) *Roſtrum* polyedrum, rectum: apice cuneato. *Nares* pennis ſetaceis obductæ. *Lingua* teres lumbriaformis longiſſima mucronata, apice retrorſum aculeata ſetis.

1. P. niger pileo coccineo. *fn. Suec.* 79. *Friſch. av. t.* 34. *f.* 1. Picus martius.
2. P. niger, criſta coccinea, linea utrinque collari remegibusque ſecundariis albis. *Catesb. Car.* 1. *t.* 16.
3. P. niger, capite criſtato rubro, temporibus aliſque albis maculis. *Catesb. car.* 1. *t.* 17. Ipecu. *Margr. br.* 207.
4. P. niger, occipite coccineo humeris albido punctatis. *Albin. av. t.* 23. *Magnitudine vix Hirundinem ſuperat.*

5. P.

(*) *Lingua* Picorum & Jyncis *inſeritur fronti. Inteſtina cæcis carent.*

5. P. capite toto rubro, alis, caudaque nigris, abdomine albo. *Cateſb. car.* 1. *t.* 20.
6. P. pileo nuchaque rubris, dorſo faſciis nigris, rectricibus mediis albis nigro punctatis. *Cateſb. car.* 1. *t.* 19. *f.* 2. Ani *regio rubra punctata.*
7. P. viridis, vertice coccineo. *fn. Suec.* 80. *Friſch. av. t.* 35. *f.* 1.
8. P. viridis, occipite rubro, nucha nigra ſubtus anticeque albus nigro maculatus. *Albin. av.* 3. *t.* 22. *Edw. av. t.* 182. *Habitus Pici n.* 7. *ſed dilutior. Facie antice, collo ſubtus, pectore albis, maculis nigris.* Cauda *nigra*. Occiput *criſta rubra.*
9. P. maxilla ſuperiore breviore. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 16.
10. P. albo nigroque varius, ano occipiteque rubro. *fn. Suec.* 81.
11. P. albo nigroque varius, ano verticeque rubris. *fn. Suec.* 82.
12. P. albo nigroque varius, vertice rubro, ano albido. *fn. Suec.* 83.
13. P. albo nigroque varius, pedibus tridactylis. *fn. Suec.* 84. *Edw. av. t.* 114. Europæus *vertice flavo*, Americanus *rubro eſt. Ani regio albida.*

55. SITTA. *Roſtrum* ſubcultrato-conicum, rectum, porrectum, integerrimum, mandibula ſupeperiore obtuſiuſcula. *Lingua* - lacero emarginata.

1. SITTA rectricibus nigris, lateralibus quatuor infra apicem albis. *fn. Suec.* 182. *Friſch. av. t.* 39. *f.* 2.
   β. Sitta capite nigro & ſitta capite fuſco. *Cateſb. car.* 1. *t.* 22.

56. ALCEDO *Roſtrum* trigonum, craſſum, rectum, longum. *Lingua* carnoſa, breviſſima, plana, acuta.

1. A. brachyura, ſupra cœrulea ſubtus fulva. Iſpida *Raj. av.* 48. *n.* 1. *Aldr. av. l.* 20. *c.* 61. *Edw. av. t.* 11. *Alb. av.* 1. *t.* 54. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 53. *f.* 3.
2. A. brachyura, dorſo cœruleo, abdomine luteo, capite uropygioque purpureo, gula nuchaque albis. Alcedo. *Alb. av.* 3. *t.* 29.
3. A. brachyura nigra, abdomine albo pectore ferrugineo. *Cateſb. car.* 1. *t.* 69. *Edw. av. t.* 115. *Marcgr. br.* 194. Roſtrum *capite longius validum ſ. Picæ: Macula alba ante oculos:* Lingua *breviſſima, carnoſa, acuta, plana.* Corpus *nigrum.* Pennæ *capitis longiores.* Remiges *nigræ, apice albæ, exterioribus minoribus, omnes latere interiore albo maculatae.* Rectrices 12 *æquales, utrinque albo maculatæ.* Gula *alba.* Pectus & Abdomen *alba, ſed* Pectus *antice faſcia ferruginea.* Femora *ferruginea.* Tibiæ *breviſſimæ.* Digitus *extimus connexus cum intermedio.*
4. A. brachyura viridis, gula ſanguinea, abdomine albo. *Edw. av. t.* 121. *f.* 1. *Sloan. Jam.* 2. *t.* 263. *f.* 1. *Habitat in America. Genus dubium & quaſi medium inter Alcedinem & Trochilum.*
5. A. macroura ferruginea, alis, cauda, dorſoque viridibus. *Alb. av.* 3. *t.* 27. *Edw. t.* 8.
   Confer. Alcedo major Benghalenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 271. 28.
6. A. macroura fuſca albido varia. *Edw. av. t.* 9. Cauda *æqualis albida faſcia lineari lataque nigra.*

7. A. rectricibus duabus longiſſimis, corpore nigro cœruleſcente, alis vireſcentibus. *Edw. av. t.* 10. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 46. *f.* 3?

57. MEROPS. *Roſtrum* curvatum, compreſſum, carinatum. *Lingua* apice laciniata. *Digiti* infimo articulo coadunati: poſtico diſtincto.

1. M. dorſo ferrugineo abdomine caudaque viridi cœruleſcente, rectricibus duobus longioribus. Iſpida *fn. Suec.* 86.
2. M. dorſo ferrugineo, abdomine aliſque viridibus, gula caudaque coeruleis. *Alb. av.* 3. *t.* 30. *Edw. av. t.* 183.
3. M. rubro flavoque variegatus, ſubtus flavo-rubeſcens, rectricibus duabus longiſſimis rubris. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 30. *fig.* 10.
4. M. griſeus, ani regione flava, cauda longiſſima. *Habitat in Aethiopia Inter pulcre delineatos icones animalium ultra* 150, *quas miſit amiciſſimus J. Burmannus viſa eſt.*

58. UPUPA. *Roſtrum* arcuatum, convexum, ſubcompreſſum. *Lingua* obtuſa, integerrima, breviſſima.

1. V. criſtata variegata, *fn. Suec.* 85. *Terrefacta criſtam erigit.*
2. V. rectricibus duabus longiſſimis. Paradiſiaca avis. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 30. *f.* 5.
3. V. viridis, capite flavo, cervice jubata. *Geſn. av.* 351. *Aldr. orn. l.* 19. *c.* 57. *Alb. av.* 3. *t.* 16.
4. V. atra, roſtro pedibusque rubris. *Aldr. orn. l.* 12. *c.* 8. *Will. orn.* 86. *l.* 19. §. 6. *f.* 2. *Alb. av.* 2. *t.* 24.

59. CERTHIA. *Roſtrum* arcuatum, tenue, ſubtrigonum. *Lingua* acuta.

1. C. ſupra griſea, ſubtus alba, remigibus fuſcis: decem maculis albis. *fn. Suec.* 213. Ova 20 *parit.* Remiges 4-14 *macula transverſa alba notatæ.*
2. C. ſupra griſea, ſubtus alba, rectricibus fuſcis; extimis apice albis *Edw. av. t.* 26.
3. C. coerula, remigibus rectricibusque nigris. *Edw. av. t.* 21. Roſtrum *Huic longius quam in congeneribus.*
4. C. nigro-cœruleſcens, ſubtus alba; vertice, cervice, dorſo, uropygioque nigris. *Edw. av. t.* 81.
5. C. nigra, uropygio pectoreque luteo; ſuperciliis, macula alarum rectricumque apicibus albis. *Sloan. jam.* 2 *t.* 259. *Raj. av.* 187. *n.* 45. *Edw. av. t.* 122.

60. TRO-

60. TROCHILUS. (*) *Roſtrum* ſubulato-filiforme, incurvatum, capite longius: mandibula ſuperior vaginans inferiorem. *Lingua* filiformis, bipartito-tubuloſa.

α. Macrouri.

1. T. curviroſtris, ruber, alis cæruleis, capite criſtato, rectricibus duabus longiſſimis. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 6. *f.* 4.
2. T. curviroſtris, corpore viridi, alis cæruleis, rectricibus nigris; intermediis longiſſimis.
3. T. curviroſtris, rectricibus intermediis longiſſimis, corpore rubro, capite fuſco, gula aurata uropygioque viridi. *Edw. av. t.* 32. *f.* 2.
4. T. curviroſtris, rectricibus lateralibus longiſſimis, corpore vireſcente, pileo rectricibusque fuſcis. *Edw. av. t.* 34. *Alb. av.* 3. *t.* 49. *f.* 1. *Sloan. jam.* 2. *t.* 264. *f.* 4.
5. T. curviroſtris, rectricibus lateralibus longiſſimis, corpore viridi, pileo rectricibusque cœruleis, *Edw. t.* 33. *Sloan. jam.* 2. *t.* 264. *f.* 1. *Pennæ longiſſimæ baſi ſuffultæ ſupra & infra pennula rigida.*

β. Brachyuri.

6. T. rectricibus nigris: lateralibus tribus apice albis, gula rubra. *Catesb. car. it.* 65. *Edw. av. t.* 38.
7. T. rectricibus ſubæqualibus fuſco-aureis, corpore aurato, remigibus nigris.
8. T. rectricibus æqualibus ferrugineis: extimis apice fuſcis: corpore nigro aureo, remigibus nigris. *Muſ. Ad. Frid.* 2. *p.* . .
9. T. curviroſtris rectricibus æqualibus ſupra nigris, corpore ſupra viridi, pectore cœruleo, abdomine nigro. *Edw. av. t.* 36.
10. T. rectricibus æqualibus cœruleis, corpore viridi aureo, remigibus atro-cœruleſcentibus. *Muſ. ad. Frid.* 2. *p.* . . .
11. T. rectricibus ſubæqualibus baſi ferrugineis apice albis, corpore ſupra fuſco, ſubtus albo. *Cluſ. exot.* 96. *Hanc fœminam Trochili N.* 6. *putat Edw. av. t.* 38.
12. T. rectricibus ferrugineis, remigibus nigris, corpore aureo ſubtus albicante.
13. T. rectricibus ſubæqualibus, corpore nigro ſubtus aurato, ano albo. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 18.
14. T. rectiroſtris, rectricibus nigris; lateribus albis, capite cœruleo, dorſo viridi, abdomine albo. *Edw. av. t.* 35. *f.* 1. *Rectrices laterales albæ. Collum a tergo lunula alba.*
15. T. rectricibus lateralibus violaceis, corpore teſtaceo, fuſco ſubmaculato. *Edw av.* 32. *f.* 1. *Rectrices intermediae teſtaceae.*
16. T. rectricibus ſubæqualibus ferrugineis, corpore teſtaceo, abdomine atro. *Alb. av.* 3. *t.* 49. *f.* 2.
17. T. rectiroſtris viridis, alis fuſcis, abdomine cinereo, criſta cœruleſcente. *Edw. av.* 37.
18. T. rectricibus lateralibus margine exteriore albis, corpore fuſco nitente, ſubtus albido. *Edw. av. t.* 105. *f. infima. Avis minima inter omnes notas.*

(*) Trochili *aviculæ minimæ; aliæ roſtro recurvo, aliæ incurvo, aliæ recto. Mel e floribus hauriunt more bombylii, nec plantis inhærent.*

Ordo. 3.

Ordo. 3.

ANSERES.

Roſtrum *obtuſiuſculum*, *epidermide tectum*, *ſub baſi gibbum*, *apice auctum.* Lingua *carnoſa*, *obtuſiuſcula.* Pedes *Palmati*, *natatorii.*

61. ANAS. *Roſtrum* lamelloſo dentatum, convexum, obtuſum. *Lingua* ciliata obtuſa.

α. Roſtro baſi gibbo.

1. A. roſtro ſemicylindrico atro, cera flava, corpore albo. *fn. Suec.* 88. *Edw. av. t.* 150.
2. A roſtro ſemicylindrico baſi gibbo. *fn. Suec.* 89. *Alb. av.* 1. *t.* 91.
   b. Anſer Moſchoviticus. *Alb. av.* 2. *t.* 91, 92. *Varietas* Orientalis *b. ab* Auſtrali *a parum differt; imprimis quod illa minor.*
3. A roſtro ſimo, fronte compreſſa, corpore albo variegato. *fn. Suec.* 93. *Cluſ. exot.* 368. Vulpanſer.
4. A. roſtro baſi gibbo compreſſo; carina pennacea nigra, capite caneſcente. *Edw. av. t.* 154.
5. A. nigricans, macula pone oculos lineaque alarum albis. *fn. Suec.* 106. Mas *ad baſin roſtri gibboſitate notatus.*
6. A. tota nigra, baſi roſtri gibba. *Wallingb. orn.* 280. §. 8. *t.* 74. *f.* 2. *Raj. av.* 141. Cauda *cuneiformis*, fœmina *fuſca eſt.*

β. Laeves roſtro baſi aequali.

7. A. roſtro ſemicylindrico, corpore ſupra cinereo ſubtus pallidiore, collo ſtriato *f. Suec.* 90. *Habitat in Europa & America maxime boreali.* Collum *ſtriatum. Annulus albus ad baſin roſtri in ſpontaneo: migrat per phalanges; filo arcetur. Mas unicus fœminis* 4: *inde Pennæ*, *Plumæ*, *Anſer durateus*, *jus ſpartanum*, *jecur ficatum.*
8. A. cinerea, fronte alba. *fn. Suec.* 92. *Cluſ. exot.* 368.
9. A. fuſca, capite colloque nigro, gula alba. *Cateſb. car.* 1. *t.* 92. *Edw. av. t.* 151.
10. A. griſea, ſubtus alba, tectricibus alarum dorſoque poſtico caeruleſcentibus. *Edw. av. t.* 152.
11. A. fuſca, capite collo, pectoreque nigris, collari albo. *fn. Suec.* 91.
12. A. roſtro cylindrico, cera poſtice, bifida rugoſa. *fn. Suec.* 94. *Edw. av. t.* 98. *Deplumatur in nido*, *plumis molliſſimis*, *præſtatiſſimis pretioſiſſimis.* Mas *albus*, *ſubtus poſticeque niger.* Fœmina *griſea.*
13. A. facie nuda papilloſa. *fn. Suec.* 98.
14. A. griſea roſtro plumbeo: macula laterali fulva, macula alarum viridi luteaque. *Cateſb. car.* 1. *t.* 93.
15. A. alba, dorſo remigibusque nigris, capite coeruleſcente, occipite albo. *Edw. av. t.* 100.
16. A. roſtri extremo dilatato rotundato, ungue incurvo, *fn. Suec.* 102.
17. A. macula alari purpurea utrinque nigra albaque, pectore rufeſcente. *fn. Suec.* 103.
18. A. macula alarum rufa, nigra. alba. *fn. Suec.* 101.

19. A. albida, dorſo remigibusque nigris, capite ſupra infraque tumido ſericeo nitente. *Catesb. car.* 1. *t.* 95.
20. A. nigro alboque varia, capite tumido nigro-viridi: ſinu oris macula alba. *fn. Suec.* 100. *Urinatur egregie quæſitura cochleas; trachea ventricoſa; oculis æneis.*
21. A. fuſco cinerea, macula aurium alarumque alba. *Catesb. car.* 1. *t.* 98.
22. A. nigra, vertice nuchaque albis, macula nigra roſtri pone nares. *Edw. av. t.* 155.
23. A. iridibus flavis, capite griſeo, collari albo. *fn. Suec.* 104.
24. A. cauda acutiuſcula ſubtus nigra, capite bruneo, fronte alba. *fn. Suec.* 105.
25. A. cauda acuminata, elongata, ſubtus nigra, occipite utrinque linea alba. *fn. Suec.* 96.
26. A. cauda cuneata, rectricibus intermediis longis, corpore griſeo temporibus albis. *fn. Suec.* 95. *Edw. av. t.* 156.
27. A. cinereis immaculatis uropygio nigro. *fn. Suec.* 107.
28. A. macula alarum viridi, linea alba ſupra oculos. *fn. Suec.* 108.
29. A. macula alarum viridi, linea alba ſupra infraque oculos. *fn. Suec.* 109.
30. A. fuſca albo coeruleoque varia, auribus, temporibus, linea gemina, collari faſciaque pectorali albis. *Edw. av. t.* 99. *Parva admodum, tota griſea. Punctum album ad aures utrinque. An Prioris femina?*
31. A. griſea, auribus albis, temporibus primoribus nigricantibus. *Edw. av. t.* 157.
32. A. macula alarum varia, linea alba ſupra oculos, roſtro pedibusque cinereis. *fn. Suec.* 111.
33. A. griſea, remigibus, cauda, ventreque nigris, area alarum fulva albaque. *Edw. av.* 194.

γ. *Pennis aliquot recurvis.*

34. A. rectricibus intermediis (maris) recurvatis, roſtro recto. *fn. Suec.* 97. Mas *Autumno feminis ſimilis;* ova *numeroſa parere incipit floreſcente Hepatica. Victitat Ranis, Culicibus, Lemna.*
35. A. rectricibus intermediis (maris) recurvatis, roſtro incurvato. *Alb. av.* 2. *t.* 97, 96. *Hodie uti præcedens domeſtica. Quomodo hæc a priori exorta ſit, me fugit.*
36. A. criſta dependente, dorſoque poſtico utrinque penna recurvata compreſſa elevata. *Edw. av. t.* 102. *Kaempbf. jap.* 129. *t.* 10. Criſta *viridis rubraque.* Roſtrum & pedes *rubri*, Dorſum *fuſcum maculis cærulеis.* Pennæ *dorſi erectæ rufæ obtuſæ.* Remex *intimus clauſis alis altero margine erigitur ſupra dorſum, rufus, antrorſum falcatus.*

δ. *Criſtatae.*

37. A. criſta dependente duplici viridi coeruleo alboque varia. *Catesb. car.* 1. *t.* 97. *Brown. jan.* 481. Criſta *dependens viridi alboque coeruleo, uti & dorſum.* Pectus *griſeum, albo maculatum.* Gula *alba.*
38. A. griſea, capite ſubcriſtato, abdomine albo nigroque maculato. *Edw. av. t.* 193.
39. A. criſta dependente, corpore nigro, ventre maculaque alarum albis. *fn. Suec.* 99.

62. MER-

62. MERGUS. *Roſtrum* denticulatum, ſubulato-cylindricum apice adunco.

1. M. criſta ſubgloboſa utrinque alba, corpore ſupra fuſco, ſubtus albo. *Catesb. car. t.* 94.
2. M. criſta dependente, capite nigro-coeruleſcente, collari albo. *fn. Suec.* 113.
   β. Mergus major pectore albo. *Edw. av. t.* 95. *Albin. av.* 1. *t.* 87. & 2. *t.* 101.
3. M. criſta dependente, capite nigro maculis ferrugineis. *fn. Suec.* 114. *Hujus methodus piſcandi habetur in Actis Stockh.* 1749. *p.* 193: *rubro allicitur.*
4. M. criſta dependente ſubtus nigra, corpore albo, dorſo nigro, alis variegatis. *Raj. av.* 135. *Albin. av.* 1. *t.* 89. *Willugb. orn.* 254. *c.* 2. *t.* 64.
5. M. capite griſeo laevi. *fn. Suec.* 115. *Albin. av.* 1. *t.* 88. *In Alis macula atra, antice & poſtice alba.*

63. ALCA. (*) *Roſtrum* edentulum, breve, compreſſum, convexum, ſulcatum ſaepius transverſe. Mandibula inferior ante baſin gibba. *Pedes* plerisque tridactyli.

1. A. roſtri ſulcis quatuor, linea utrinque alba ad oculos. *fn. Suec.* 120. *Habitat in Europaeae borealis Oceano. Plures ova ſolitaria ſimul in antro rupium pariunt, conjunctis viribus alternatis excludunt, unica excubias agente; erectae incedunt.*
2. A. roſtro compreſſo ancipiti ſulcato macula ovata utrinque ante oculos. *fn. Suec.* 119. *Edw. av. t.* 147.
3. A. roſtro compreſſo ancipiti ſulcato ſulcis quatuor, oculorum orbita temporibusque albis. *fn. Suec.* 118.
4. A. roſtro laevi oblongo: mandibula ſuperiore margine flaveſcente *Alb. av.* 1. *t.* 84. *Cluſ. ex* 367.
5. A. roſtro laevi ſubulato, abdomine maculaque alarum alba. pedibus rubris. *fn. Suec.* 124. *Edw. av. t.* 50. Roſtrum *hujus longitudine fere capitis, ſequentis vero breviſſimum.*
6. A. roſtro laevi conico, abdomine faſciaque alarum alba, pedibus nigris. *Alb. av.* 1. *t.* 85. *Edw. av. t.* 91. *Willugb. orn.* 261. §. 4. *t.* 59. *f.* 5. *Raj. av.* 125. *n.* 5. *Praecedentis feminam eſſe ſtatuit Albinus, negant Edwardus & Noſtrates.*

(*) *Aliae impennes, aliae ſingulares quod nequeant volare. Pennatae aliae in terra ſtabulantes, erectae incedunt.*

64. PRO-

64. PROCELLARIA. (†) *Roſtrum* edentulum, ſubcompreſſum: mandibulis aequalibus; ſuperiore apice adunco; inferiore apice compreſſo-canaliculata. *Nares* cylindro ſupra baſin roſtri decumbente, truncato. *Pedes* palmati: Ungue poſtico ſeſſili absque digito.

1. P. nigra, uropygio albo. *fn. Suec.* 249. *Albin. av.* 3. *t.* 92. *Edw. av. t.* 90. *f.* 1.
2. P. fuſca, immaculata, roſtro flavo. *Edw. av. t.* 89.
3. P. albo fuſcoque varia. *Edw. av. t.* 90. *f.* 2. *Gesn. av.* 803. *t.* 804. *f.* 2.

65. DIOMEDEA. *Roſtrum* rectum, maxilla ſuperiore apice adunco, inferiore truncata. *Nares* ovatae, patulae, prominulae, laterales.

1. D. alis pennatis, pedibus tridactylis. *Edw. av. t.* 88. *Alb. av.* 3. *t.* 81. *Grew. muſ. t.* 6. *f.* 1. *Habitat intra tropicos Pelagi & Cap. B. ſpei, aethera altiſſime ſcandens, victitans e Triglis volitantibus a Coryphena exagitatis.* Statura *Pelecani n.* 2. Naribus *ovatis prominulis, non vero linearibus;* Cauda *rotundata brevi, nec forficata.* Roſtrum *in hac quadruplo majus.*
2. D. alis impennibus, pedibus tetradactylis. *Edw. av. t.* 94. Statura *Phaetontis n.* 2, *ſed roſtrum diverſiſſimum.*

66 PELECANUS. *Roſtrum* edentulum, rectum; apice adunco, unguiculato. *Nares* lineares, obliteratae. *Facies* nudiuſcula. *Pedes* digitis omnibus quatuor ſimul palmatis.

α. Roſtro edentulo.

1. P. gula ſaccata. Onocrotalus. *Willug. orn.* 246. *t.* 63. *Marſigl. dan.* 6. *t.* 35. *Edw. av. t.* 92. *& t.* 93.
β Onocrotalus ſ. Pelecanus fuſcus. *Sloan. jam.* 2. *p* 322. *Edw. av. t.* 93. *Habitat in* Africa, Aſia *& β in* America. Remiges *nigrae. An* Americanus *β fuſcus ab* orientali *albo ſpecie ſufficienter diſtinctus? Sacco gulari aquam ſiticuloſis pullis affert, ut & conterranei ſitim expleant intactis pullis.*
2. P. cauda forficata, corpore nigro, capite abdomineque albis. *Sloan. jam.* 1. *p.* 30. *Pet. Gaz. t.* 45. *f.* 1.
3. P. cauda aequali, corpore nigro, roſtro edentulo. *fn. Suec.* 116. Cauda *longior & laxior quam in reliquis aquaticis. Carbo aquatibus.*

β. Mandibulis ſerratis.

4. P. cauda cuneiformi, roſtro ſerrato, remigibus primoribus nigris. *Alb.*

(†) Procellariae *aves pelagicae ſunt, nec ad continentis littora conſpiciuntur, expoſitae omnibus procellis.*

Alb. av. 1. *t.* 86. Magnitudo *Anſeris. Ad Nares, ſupra oculos, pone ſinum oris, Linea laterali ſub Gula nuda.*

5. P. cauda cuneiformi, roſtro ſerrato, remigibus omnibus nigris. *Cateſb. car.* 1. *t.* 87. *Alter ſexus albus remigibus niger, alter niger abdomine caneſcente.* Mandibula *ſuperior verſus baſin margine quaſi dente utrinque mutilata.* Nares *clauſae.* Remiges *in albo primores nigrae; ſecundariae albae, ſed apicibus extrorſum nigrae.*

67. PHAËTON. *Roſtrum* cultratum, rectum, acuminatum. Fauce pone roſtrum hiante. *Nares* oblongae, poſtice membrana ſemitectae. *Digiti* poſtici antrorſum verſi.

1. P. rectricibus duabus longiſſimis, roſtro ſerrato, digito poſtico adunco. *Cateſb. car.* 3. *t.* 14. *Edw. av. t.* 149. *f.* 1. *Habitat in Pelago inter tropicos.* Magnitudo *Anatis, alba ſupra lineis nigricantibus undulata tota; ſubtus immaculata.* Faſcia *nigra per oculos.* Roſtrum *ſanguineum, compreſſum rectius quam Pelecani n.* 5, *retrorſum ſerratum.* Pedes *pallidi extrorſum nigri, digito quarto etiam membrana affixa.* Remiges *omnes ſubtus albae: primores ſupra latere exteriore nigrae; ſecundariae ſupra linea longitudinali nigra.* Rectrices *albae in cauda cuneiformi verſus apicem lineole ſubſagittata fuſca; omnes ſupra rachi nivea.*

2. P. alis impennibus, roſtro mandibulis edentulis digito diſtincto. *Edw. av. t.* 49. *Habitat ad tropicum Capricorni.* Remigibus *deſtituitur, adeoque volatus neſcia avis.*

68. COLYMBUS. (*) *Roſtrum* edentulum ſubulatum, rectum, acuminatum. *Pedes* pone aequilibrium.

1. C. pedibus palmatis indiviſis, gutture nigro-purpuraſcente. *fn. Suec.* 121. *Edw. av. t.* 97. & 140. Mas *ſub gula purpuraſcens,* Femina *vero nigra; monogama: Ova* 2 *in littore; nequit incedere; feris exoſa; clamitando tempeſtates praeſagit; migrat in proximam Germaniam.*
   Confer Colymbus maximus caudatus. *Alb. av.* 1. *p.* 78. *t.* 82. *Raj. av.* 125. *n.* 4. *Will. orn.* 258. *t.* 62. *f.* 1. *foemina.*
2. C. pedibus lobato fiſſis, capite rufo, collari nigro, remigibus ſecundariis albis. *fn. Suec.* 122. *Marſil. dan.* 80. *t.* 38.
3. C. pedibus lobatis, capite nigro, auribus criſtato ferrugineis. *faun. Suec.* 123. *Edw. av. t.* 145. & 96. *Nidum natantem conficit.*
4. C. pedibus lobatis, corpore fuſco, roſtro faſcia ſeſqui altera. *Cateſb. car.* 1. *t.* 91.

(*) Colymbi *nequeunt incedere, at citiſſime ſuper aquam currunt, & egregie urinantur.*

69. LARUS. (†) *Roſtrum* edentulum, rectum, cultratum, apice declivi: Mandibula inferior infra apicem gibba. *Nares* lineares, antice latiores.

1. L. albicans, dorſo caneſcente, rectricibus excepto extimo nigris, pedibus tridactylis. *Alb. av.* 2. *t.* 87. *Raj. av.* 128. *n.* 4.
2. L. albus, dorſo cano. *fn. Suec.* 125. *Alb. av.* 2. *t.* 84.
3. L. albus, dorſo nigro. *Cluſ. exot.* 104. *Alb. av.* 3. *t.* 94.
4. L. albus, dorſo fuſco. *fn. Suec.* 126.
5. L. albus, capite alarumque apicibus nigris, roſtro rubro. *Cateſb. car.* 1. *t.* 89.
6. L. rectricibus duabus intermediis longiſſimis. *fn. Suec.* 129. *Edw. av. t.* 148 & *t* 149. *f.* 2. *Piſcaturae ineptus agitat congeneres, vomituque ejectum cibum arripit.*

70. STERNA. *Roſtrum* edentulum, ſubulatum, rectum, acutum, apice compreſſiuſculo. *Nares* lineares.

1. S. cauda cuneiformi, corpore nigro, fronte albicante. *Cateſb. car.* 1. *t.* 88. *Pelagicae aves vix homines adventantes metuunt.*
2. S. cauda forficata: rectricibus duabus extimis albo nigroque dimidiatis. *fn. Suec.* 127. *Alb. av.* 2. *t.* 90. *Mas & Femina indiſſolubiles ſocii monogami.*
3. S. cauda ſubforficata, corpore cano, capite roſtroque nigro, pedibus rubris. *fn. Suec.* 128. *Alb. av.* 2. *t.* 89.

71. RYNCHOPS. *Roſtrum* rectum: mandibula ſuperiore multo breviore.

1. R. nigra, ſubtus alba, roſtro baſi rubro. *Cateſb. car.* 1. *t.* 90. Plotus. *Klein av.* 142.
2. R. fulva, roſtro nigro †. Ryngchopſalia. *Barr. av.* 20. *Americana. Genus proxima affinitate Laris junctum.*

(†) *Pulli primi anni plerumque in His griſei ſunt, unde ſpeciei multiplicatio. Lari agitati evomunt & explodunt cibum.*

Ordo. 4.

GRALLAE.

Roſtrum *ſubcylindricum, obtuſiuſculum.* Lingua *integra, carnoſa.* Femora *ſupra denudata.*

72. PHOENICOPTERUS. *Roſtrum* denudatum, infracto-incurvatum. *Pedes* palmati, tetradactyli.

1. P. ruber, remigibus primoribus nigris. *Bellon av. l.* 8. *c.* 8. *Aldr. orn.* 2. *l.* 20. *c.* 4. *Willugb. orn.* 360. *c.* 1. *t.* 60. *f.* 1. *Sloan. jam.* 2. *p.* 321. *Act. angl.* 350. *p.* 523. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 67. *f.* 1. *Catesb. car.* 1. *t.* 73. 74. *Alb. av.* 2. *t.* 77. *Dat mihi penna rubens nomen, ſed lingua guloſis: Apicio, Caligulae, Vitellio, Heliogabalo expetita fuit, teſtantibus Plinio, Martiali, Suetonio, Lampridio.*

73. PLATALEA. *Roſtrum* planiuſculum: apice dilatato, orbiculato, plano. *Pedes* tetradactyli, ſemipalmati.

1. P. corpore albo. Anas roſtro plano. *fn. Suec.* 87. *Geſn. av.* 666. *Alb. av.* 2. *t.* 66. *Roſtrum & Pedes nigri.*
2. P. corpore ſanguineo. *Sloan. jam.* 2. *p.* 316. *Marcgr. br.* 204.
3. corpore ſupra fuſco, ſubtus albo. *Muſ. Ad. fr.* 2. *p.* .... *Magnitudo Paſſeris.*

74. MYCTERIA. *Roſtrum* maxilla ſuperiore triquetra, rectiſſima, ſubadſcendens, acutum. Maxilla inferiore trigona acuminata adſcendens. *Nares* lineares. *Lingua* nulla, MARCGR. *Pedes* tetradactyli.

1. MYCTERIA. Jabiru-guacu *Marcgr. br.* 201. *Piſ. braſ.* 87. *Raj. av.* 96. *Will. orn. t.* 47. *f.* 2, 4. *Magnitudo Ciconiae, alba, remigibus rectricibusque nigro-purpuraſcentibus.*
   Confer. Grew. Muſ. t. 5. *f.* 1.

75. TANTALUS. *Roſtrum* longum, ſubulatum, obtuſum, ſubarcuatum, teretiuſculum. *Saccus jugularis* nudus. *Nares* ovatae. *Pedes* tetradactyli.

1. TANTALUS *Klein. av.* 127. *Catesb car.* 1. *t.* 81. *Chardin. it.* 3. *p.* 40. Tibiæ *longæ.* Femora *ſeminuda.* Pedes *tetradactyli. Digitis* 3 *anterioribus tantum baſi palmatis.*

76. AR-

76. ARDEA. *Roſtrum* rectum, acutum, longum, ſubcompreſſum, ſulco e naribus, verſus apicem exaratum. *Pedes* tetradactyli.

α. Criſtatae: Roſtro vix capite longiore.

1. A. criſta ſetoſa erecta, temporibus pelearibusque binis nudis. *Edw. av. t.* 192. Grus balearica. *Will. orn.* 201. Caput *nigrum.* Criſta *flaveſcens. Alæ albæ.* Cauda *nigra*, *æqualis.*
2. A. ſuperciliis albis, retrorſum longe criſtatis. *Edw. av. t.* 134. *Alb. av.* 3. *t.* 83. Virgo numidica. Corpus *magnitudine Ciconiae* (*Ardeae n.* 8.) *cæruleo-cinereum*; *capite collo remigibusque primariis nigris.* Pennæ *paleares nigrae pendulæ.* Oculi *rubri*, *pupilla cinerea. Pone oculos utrinque criſta pennacea recurvata longa alba.*

β. Grues: Capite calvo.

3. A. ſincipite nudo papilloſo, corpore cinereo, alis extus teſtaceis. *Edw. av. t.* 133.
4. A. vertice nudo papilloſo, fronte remigibus occipiteque nigris, corpore cinereo. *fn. Suec.* 131. *Alb. av.* 2. *t.* 65. Grus.
5. A. verticetemporibusque nudis papilloſis, fronte, nucha, remigibusque primariis nigris corpore albo. *Catesb. car.* 1. *t.* 75. *Edw. av. t.* 132. *Caput ſubtus ad maxillam inferiorem rubrum eſt.*
6. A. capite nudo, collarique papilloſo, corpore cinereo, remigibus nigris. *Edw. av. t.* 45. *Pone oculos parva alba macula & Vertex albus.*

γ. Ciconiæ.

7. A. alba, remigibus nigris, cute ſanguinea. *fn. Suec.* 136. *Alb. av.* 2. *t.* 64. Cutis *corporis ſub pennis ſanguinea.* Nidus *ad pagos in altis*, *reſonans Paſſeribus. Huic bonos ſerpentum exitio tantus, ut occidere nefas: noctu ſtridet. Migrat trans pontum in Aegyptum, Aethiopiam; Aeſtivat inter Sueciam & Italiam.*
8. A. nigra, pectore abdomineque albo. *fn. Suec.* 135. *Alb. av.* 3. *t.* 82.
9. A. criſta occipitis tripenni dependente, dorſo nigro, abdomine flaveſcente. *Marſil. dan.* 5. *t.* 3. *Albin. av.* 2. *t.* 67. Nycticorax. Frons *alba circa roſtrum.* Dorſum *nigrum.* Abdomen *album. Pennae* Criſtæ 3 *teretiusculae*, *albae*, *ad medium dorſi dependentes.*
10. A. occipite criſta pendula, dorſo cæruleſcnte, ſubtus albida, pectore maculis oblongis nigris. *fn. Suec.* 133. *Marſil. dan.* 5. *t.* 2. *Alb. av.* 1. *t.* 67. & 3. *t.* 78.
11. A. occipite criſtato, dorſo cinereo; femoribus ruffis, pectore maculis oblongis, nigris. *Edw. av. t.* 135. Tempora *alba.* Capitis *pennae longiores nigrae*, *unde poſtice criſta evadit.* Collum *ſubtus albido-teſtaceum*, *fuſco-maculatum.* Brachia *antice rufeſcentia.* Corpus *ſupra fuſcum.*
12. A. criſta flava, corpore nigro-cæruleſcente, faſcia temporali alba. *Catesb. car.* 1. *t.* 79.
13. A. occipite criſtato, corpore cœruleo. *Brown. jam.* 478. *Catesb. car.* 1. *t.* 76. *Alb. av.* 3. *t.* 79. *Sloan. jam.* 2. *t.* 264. *f.* 5.
14. A. occipite ſubcriſtato, dorſo cano ſtriato, collo ſubtus ferrugineo, remigibus ſecundariis apice albis. Vertex *niger.* Nucha *ſubcriſtata.* Remiges *fuſcæ*, *ſed ſecundariæ tantum margine apicis albæ.*
15. A. occipite ſubcriſtato, dorſo viridi, pectore ruſeſcente. *Sloan. jam.* 3. *t.* 263. *Catesb. car.* 1. *t.* 80.
16. A. capite læviusculo, ſupra teſtacea maculis transverſis, ſubtus pallidior, maculis oblongis fuſcis. *fn. Suec.* 134. Ardea ſtellaris minor.

D 2 17.

17. A. capite lævi, corpore albo, roſtro rubro. *fn. Suec.* 132. Ardea ſtellaris major.
18. A. capite lævi corpore albo, roſtro flaveſcente, apice pedibusque nigris. *Haſſelq. it.* 248.
β. Ibis nigra. *Raj. av.* 98.
Habitat in AEgypto; regionis purificator. Bellonii *Ibis roſtro arcuato, nigra eſt; at* Plinius X: 30. *Ibis circa Peluſium tantum nigra eſt, cæteris omnibus locis candida.*
19. A. capite lævi, corpore albo, remigibus duabus primis margine exteriore fuſcis. *Simillima Ibidi tota ſtructura: at vero Remiges primores omnes apice fuſcecentes, &* 1, 2 *etiam margine exteriore longitudinali fuſcæ;* cæterum *eadem, ut facile pro varietate agnoſcatur.*

77. SCOLOPAX. (*) *Roſtrum* teretiusculum, obtuſum, capite longius. *Pedes* tetradactyli: poſtico pluribus articulis inſiſtente.

1. S. roſtro arcuato, pedibus nigris, corpore ſanguineo, alarum apicibus nigris. Porphyrio. *Seb. muſ.* 1. *t.* 62. *f.* 3. *Catesb. car.* 1. *t.* 84. *Cluſ. ex.* 366. *Marcgr. br.* 203.
2. S. roſtro arcuato, pedibus rubris, corpore albo, alarum apicibus viridibus. *Catesb. car.* 1. *t.* 82.
3. S. roſtro arcuato, pedibus rubris, corpore fuſco, cauda baſi alba. *Catesb. car.* 1. *t.* 83. *Antecedentes* 1, 2, 3 *ſtructura nimis affines, ſed colore corpore diverſæ.*
4. S. roſtro recto baſi rubro, pedibus coccineis, remigibus ſecundariis albis. *fn. Suec.* 149. Totanus. *Alb. av.* 3. *t.* 87.
5. S. roſtro arcuato, pedibus cæruleſcentibus, alis nigris maculis niveis. *fn. Suec.* 139. Numenius ſ. Arquata *Will. orn. t.* 54. *f.* 1, 2.
6. S. roſtro arcuato, pedibus cæruleſcentibus, maculis dorſalibus fuſcis rhomboïdalibus. *fn. Suec.* 140.
7. S. roſtro recto lævi, pedibus cinereis, femoribus tectis, faſcia frontis nigra. *fn. Suec.* 141. Scolopax. *Alb. av.* 1. *t.* 70.
8. S. roſtro recto longo, pedibus fuſcis, remigibus ſecundariis rufis nigro punctatis. *Edw. av. t.* 137. Corpus *griſeum.* Remiges *primores fuſcæ: linea ſuperciliorum alba.*
9. S. roſtro recto baſi inferiori rubro, pedibus vireſcentibus *fn Suec.* 142.
10. S. roſtro recto lævi, pedibus fuſcis, remigibus macula alba: quatuor primis immaculatis. *fn. Suec.* 144.
11. S. roſtro recto apice tuberculato, pedibus fuſcis, lineis frontis fuſcis quaternis *fn. Suec.* 143.
12. S. roſtro ſubrecurvato, pedibusque nigris, pectore ferrugineo. Recurviroſtra *fn. Suec.* 138.
13. S. roſtro recto, pedibus vireſcentibus, capite colloque rufeſcentibus, remigibus tribus nigris baſi albis. Bage ſ. Aegocephalus *Will. orn.* 215. *Alb. av.* 2. *t.* 70.

14.

(*) *Species* Scolopacum, Tringarum *&c. difficillime diſtinguuntur, ætate ſexuque mutabiles, colore parum diſtinctæ; quæ* pedibus *ſunt rubris a reliquis probe obſervandæ, cum pedes non varient.*

Scolopaces *digitis* 4 *inſiſtunt, per paludes vadant.* Tringæ *per campos litteraque currunt, vix digito poſtico inſiſtentes, ut rite Cl. Kleinius notavit.*

14. S. roſtro recto flaveſcente, pedibus fuſcis, corpore ſubtus fulvo fuſcoque undato. *Edw. av. t.* 138. Corpus *griſeum ſubtus rubro-fulveſcens.* Rectrices *primores nigræ apice albæ.*

78. TRINGA. *Roſtrum* teretiuſculum, longitugitudine capitis. *Pedes* tetradactyli: poſtico uniarticulato a terra elevato.

1. T. pedibus rubris, rectricibus tribus lateralibus immaculatis, facie papillis granulatis carneis. *fn. Suec.* 145. Avix pugnax. *Alb. av.* 1. *t.* 72, 73. *Mares diſſimiles pugnaciſſimi.*
2. T. pedibus rubris, criſta dependente, pectore nigro. *fn. Suec.* 148. Vanellus.
3. T. roſtro pedibusque rubris, corpore luteo, cinereoque variegato, ſubtus albo. *fn. Suec.* 153.
4. T. pedibus rubris, corpore nigro albo ferrugineoque vario, pectore abdomineque albo. *fn. Suec.* 154. *Edw. av. t.* 141.
5. T. roſtro ſubulato apice inflexo, pedibus vireſcentibus lobatis, abdomine albido. *Edw. av. t.* 143. & *t.* 46. *Roſtrum tenuiſſimum; procelloſa tempeſtate natat gregaria.*
6. T. roſtro recto, pedibus lobatis ſubfuſcis, abdomine ferrugineo. *Edw. av. t.* 142.
7. T. teſtaceo-fuſca, pectore nigricante, rectricibus cinereo-albidis, pedibus fuſceſcentibus. *Lapponica. Magnitudo ſturni.* Abdomen *album.*
8. T. roſtri apice punctato, pedibus vireſcentibus, dorſo fuſco-viridi nitido. *fn. Suec.* 146.
9. T. roſtro lævi, pedibus lividis, corpore cinereis lituris nigris, ſubtus albo. *fn. Suec.* 147.
10. T. roſtro lævi, pedibus cineraſcentibus remigibus primoribus ſerratis. *fn. Suec.* 150.
11. T. roſtro lævi, pedibus vireſcentibus, corpore albo punctato, pectore ſubalbido. *fn. Suec.* 152.
12. T. roſtro lævi, pedibus fuſcis, remigibus fuſcis; rachi primæ nivea. *fn. Suec.* 151.
13. T. roſtro nigro, pedibus vireſcentibus, corpore griſeo, ſubtus albido. *fn. Suec.* 155.

79. CHARADRIUS. *Roſtrum* teretiuſculum, obtuſum. *Pedes* tridactyli.

1. C. gula pileo pectoreque nigris, occipite criſtato, dorſo teſtaceo, pedibus nigris. *Edw. av. t.* 47.
2. C. pectore nigro, fronte nigricante, faſciola alba, vertice fuſco, pedibus luteis. *fn. Suec.* 159.
3. C. fuſcus, fronte collarique dorſali abdomineque albis, rectricibus lateralibus utrinque candidis, pedibus nigris. *Haſſelq. iter.* 255. *n.* 30.
4. C. faſciis pectoris colli frontis genarumque nigris, cauda lutea faſcia nigra, pedibus pallidis. *Catesb. car.* 1. *t.* 71
5. C. faſcia pectorali nigra, ſuperciliis albis, rectricibus apice albis, faſcia nigra, pedibus cœruleis. *Haſſelq. iter.* 256. *n.* 31.
6. C. pectore ferrugineo faſcia ſuperciliorum pectorisque lineari alba, pedibus nigris *fn. Suec.* 158. 190. Mas *ad ſcrobiculum abdominis niger.* fœmina *non.*

7. C. pectore nigro, roſtro baſi gibbo, pedibus cinereis. *fn. Suec.* 156. *Edw. av. t.* 140.
8. C. pedibus cinereis, corpore nigro viridi maculato, ſubtus albido. *fn. Suec.* 157.
9. C. griſeus, remigibusque primoribus duobus nigris medio albis, roſtro acuto, pedibus cinereis. *Raj. av.* 108. *n.* 4. *Alb. av.* 1. *t.* 69.
10. C. ſupra niger, ſubtus albus, roſtro nigro capite longiore, pedibus rubris longiſſimis. *Sibbald. Scot. t.* 11, 13. *Raj. av.* 106. *Aldr. orn. l.* 20. *c.* 30.
11. C. remigibus pectore abdomine pedibusque atris, rectricibus dimidiato-albis, humeris ſpinoſis. *Haſſelq. it.* 260. 270. *Habitat in Aegypto.* Humeri *ſpinoſi ut in Fulica n.* 4. *ſingulares ſunt.*

80. RECURVIROSTRA. *Roſtrum* depreſſo-planum, acuminatum, recurvum. *Pedes* palmati, tetradactyli.

1. R. albo nigroque varia. *fn. Suec.* 137. *Marſigl. dan.* 5. *t.* 34. *Alb. av. t.* 101.

81. HAEMATOPUS. *Roſtrum* compreſſum: apice cuneo æquali. *Pedes* tridactyli, fiſſi.

1. HÆMATOPUS. *Fn. Suec.* 161. *Alb. av.* 1. *t.* 78. *Catesb. car.* 1. *t.* 85.

82. FULICA. Roſtrum convexum: Mandibula ſuperiore margine ſupra inferiorem fornicata; mandibula inferior pone apicem gibba. *Frons* calva. *Pedes* tetradactyli, ſublobati.

1. F. fronte calva, corpore nigro, digitis lobatis. *fn. Suec* 130. *Alb. av.* 1. *t.* 83.
2. F. fronte calva, corpore nigro, digitis ſimplicibus. *Alb. av.* 2. *t.* 72. & 3. *t.* 91. *Raj. av.* 113.
3. F. fronte calva, corpore violaceo, digitis ſimplicibus. *Alb. av.* 3. *t.* 84. *Edw. av. t.* 87. Porphyrio.
4. F. fronte carunculata, corpore variegato, humeris ſpinoſis, digitis ſimplicibus, ungue poſtico longiſſimo. *Edw. av. t.* 48. Unguis *poſticus rectus, digito longior.* Pollex *unius articuli inſiſtens.* Remiges *virides.*

83. RALLUS. *Roſtrum* baſi craſſius, compreſſum, dorſo attenuatum apicem verſus, æquale, acutum. *Pedes* tetradactyli, fiſſi. *Corpus* compreſſum.

1. R. alis ruſo-ferrugineis. Ortygometra. *fn. Suec.* 162. *Corpus valde compreſſum; veſperi & nocte ſonorus voce ingeminata crex.*

2. R. alis griſeis fuſco-maculatis, hypochondriis albo maculatis, roſtro luteo. *Alb. av.* 1. *t.* 77. *Will. orn.* 234. §. 4. *Raj. av.* 113. *n.* 2. Rallus aquaticus.
3. R. ſubtus albido-flaveſcens, cervice cæruleſcente maculato, digitis marginatis †. *Alb. av.* 2. *t.* 82. Rallus cinereus facie Lari. *Klein. av.* 103. *Cauda longiuscula; ideoque anceps genus.*
4. R. corpore vertice oculisque albis, capite colloque nigris, alis dorſoque viridibus, remigibus primariis rubro maculatis. *Alb. av.* 3. *t.* 90.
5. R. griſea, fronte nigra, pectore plumbeo, roſtro flavo, pedibus vireſcentibus. *Edw. av. t.* 144. *Catesb. car.* 1. *t.* 70.

84. PSOPHIA. *Roſtrum* cylindrico-conicum, convexum, acutiusculum, mandibula ſuperiore longiore. *Nares* ovatæ patulæ.

1. Psophia. Mucucagua. *Marcgr. braſ.* 213. *Piſ. braſ.* 88. *Raj. av.* 53. *Roſtro muſſitans reſpondet per anum.*

85. OTIS. *Roſtrum* mandibula ſuperiore fornicata. *Lingua* bifida. *Pedes* tridactyli absque poſtico.

1. O. jugulo utrinque criſtato. *Edw. av.* 73. 74. *Alb. av.* 3. *t.* 38. 39. Tarda.
2. O. auribus erecto-criſtatis. *Edw. av. t.* 12. *Supra ſcolopacina, ſubtus albida.* Aures *nigræ.* Cauda *faſcia fuſca.*
3. O. capite juguloque lævi. *Alb. av.* 3. *t.* 41.
4. O. nigra, dorſo cinereo, auribus albis. *Æthiopica.* Maris Roſtrum & Pedes *flavi.* Vertex *cinereus.* Alarum *margo exterior albus.* Femina *tota cinerea, exceptis femoribus abdomineque atris.*

86. STRUTHIO. *Roſtrum* conicum. *Alæ* ad volandum ineptæ.

1. S. pedibus didactylis. Struthio Camelus. *Aldr. orn. l.* 9. *c.* 2 *Seb. muſ.* 1. *t.* 51. *f.* 6. *Alb. av.* 3. *t.* 31. Spina *ſub humeris armatur, maxima Avium.* Palpebra *utraque ciliata.* *Exterior digitus muticus.* Pennæ *lanatæ pro galeis bellicis criſtaque caſtrenſi;* Ova *ſæpe* 50 *candida, lævia, in arena excludenda deſerta. Job* 39: 16.
2. S. pedibus tridactylis, vertice palearibusque nudis. Caſuarius. *Alb. av.* 2. *t.* 60. Emeu *Cluſ. ex.* 98. Callus *elevatus quaſi diadema verticis.* Palearia 2 *ſub collo.* Collum *a tergo nudum.* Ungue *intermedio majore ferit.* Ova *punctis excavatis.*
3. S. digito poſtico rotundato mutico. *Raj. av.* 36. Nhanduguacu *Marcgr. br.* 190.
4. S. pedibus tetradactylis, omnibus unguiculatis. *Cluſ. exot.* 99. *t.* 100.

Ordo 5.

GALLINAE.

Roſtrum *convexum*; *mandibula ſuperiore fornicata*, *margine extra inferiorem dilatato*. Nares *membrana cartilaginea convexa ſemitectæ*.

87. PAVO. *Caput* pennis rectis revolutis tectum. *Pennæ dorſales* elongatæ.

1. P. capite criſta erecta. *fn. Suec.* 163. Mas *remigibus primoribus ferrugineis*, *ejulans*, *vindicans*, *ſuperbus*, *togam dorſalem gemmantibus ocellis*, *naturæ miraculo pictam erigendamque tertio anno acquirit*, *qua nihil pulcrius*, *ſub canicula dejicit*. Fœmina *curat pullos in proximas nuptias*. *Sambuci floribus occiditur*.
2. P. capite lævi, calcaribus duobus. *Edw. av. t.* 67. *& t.* 69. *f.* 1. *Pennæ verticis revolutæ*. *Pennæ poſterioris dorſi longæ ocellis pavoninis indicant hoc genus*.

88. MELEAGRIS. *Caput* carunculis ſpongioſis tectum.

1. M. capite caruncula frontali, criſtaque gulari, maris pectore barbato. Meleagris *fn. Suec.* 164. *Alb. av.* 3. *t.* 35.
   β. Gallopavo. *Will. orn.* 113. §. 3. *t.* 27.
   γ. Gallopavo criſtatus. *Alb. av.* 2. *t.* 33. Mas *exæſtuat inflato pectore*, *expanſa cauda*, *ſanguinea facie*, *relaxata frontis caruncula : iræ tenax* ; *Sapida caro*. Rectrices 18. Barba *pectoris tertio anno excreſcit*.
2. M. capite pennis erectis criſtato, temporibus violaceis. *Edw. av. t.* 13. Jacupema. *Marcgr. braſ.* 198. Gula *caruncula compreſſa rubra*, *ut in antecedente*, *capite ſupra criſta oblonga pennacea*.
3. M. capite cornibus duobus, corpore rubro punctis nigris albo fœtis †. *Edw. av. t.* 116. Frons *nigra*. Caruncula *gularis cærulea*, *rufo variegata*. Cornua *duo cærulea pone oculos enata*.

89. CRAX. *Roſtrum* baſi cera obductum. *Pennæ* caput tegentes revolutæ.

1. Crax nigra. *Alb. av.* 2. *t.* 31, 32. *Sloan. jam.* 2. *t.* 260. Mitu *Marcgr. br.* 194, 195.
2. C. rubra, capite cæruleſcente †. *Alb. av.* 3. *t.* 40. *An varietas præcedentis?*

90. PHASIANUS. *Genæ* cute nuda lævigata.

1. P. cauda compreſſa adſcendente. *fn. Suec.* 165. Gallus gallinaceus *Aldr. orn. l.* 14. *c.* 1.

Gal-

β. Gallina criſta in vertice plumoſa denſiſſima. *Raj. av.* 51.
γ. ——— cauda ſ. uropygio carens. *Raj. av.* 51.
δ. ——— Friſlandica *Will. orn.* 110. Gallina criſpa. *Raj. av.* 51.
ε. ——— tibiis pennatis. Gallina bentamenſis. *Alb av.* 3. *t.* 33. 34.
Gallus *pugnax*, *ſuperbus celſa criſta*, *erecta falcataque cauda*, *vigil*, *plaudentibus lateribus canens gallicinia*, *ſalax* 10 *feminis ſufficit*. Gallina *pulveratrix ova copioſa ponit*, *raro ſubventanea*, *niſi Capis aſſociata*; *cibis expetita ova*, *caro*, *juſcula Galli ſenioris*. *Læditur baccis ſambuci*; *a pediculis liberatur pipere.*

2. P. vertice calloſo, temporibus carunculatis. *Alb. av.* 2. *t.* 35. *Marcgr. braſ.* 78. Gallina africana.
3. P. rufus, capite cæruleo. Phaſianus. *Alb. av.* 1. *t.* 25. 26. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 5.
4. P. criſta flava, pectore coccineo, remigibus ſecundariis cœruleis. *Balk. m. princ. n.* 6. *Edw. av. t.* 68. *t.* 69. *f.* 2. *Alb. av.* 3. *t.* 36. *p.* 34.
5. P. albus criſta abdomineque nigris. *Alb. av.* 3. *t* 37. *Edw. av. t.* 66. Tempora *nuda*, *rubra*. Maris *criſta nigra*, Femina *griſea eſt*.

91. TETRAO. Supercilia nuda, papilloſa.

α. *Pedibus hirſutis.*

1. T. pedibus hirſutis, rectricibus exterioribus ſubbrevioribus, axillis albis. *fn. Suec.* 166. Urogallus.
2. T. pedibus hirſutis, cauda biſurcata, remigibus ſecundariis baſin verſus albis. *fn Suec.* 168.
3. T. pedibus hirſutis, rectricibus nigris apice fulvis, lituris duabus albis ad oculos. *Edw. av. t.* 118. *Mas.* & *t.* 71. *Fœmina.*
4. T. pedibus lanatis, remigibus albis, rectricibus nigris apice albis: intermediis totis albis. *fn. Suec.* 169. *Edw. av. t.* 72. *Will. orn.* 127. *t.* 32. Lagopus. *Pedibus lanatis Leporis*; *Hieme albus exceptis rectricibus*, *ſub nive ſæpius cuniculos agens*; *in ſylvis loquax cachinnis.*
5. T. pedibus hirſutis, cauda cuneiformi, rectricibus tribus lateralibus albis. *Edw. av. t.* 117.
6. T. pedibus hirſutis, alis ſuccenturiatis cervicalibus. *Catesb. car.* 3. *t.* 1. Color *feminæ Tetraonis n.* 2. Vertex *ſubcriſtatus*; *a tergo colli duæ parvæ Alæ*; *ſingulæ pennis* 5.
Confer. Phaſianus Penſylvanicus. *Act. Angl.* 48. *p* 499. *t.* 15.
7. T. pedibus hirſutis, rectricibus cinereis punctis nigris faſcia nigra: exceptis intermediis duabus. *fn. Suec.* 170.

β. *Pedibus nudis.*

8. T. roſtro pedibusque ſanguineis, gula alba cincta faſcia nigra albopunctata. *fn. Suec.* 171. *Albin. av.* 1. *t.* 29. Perdix rufa.
9. T. pedibus nudis, macula nuda coccinea pone oculos, cauda ferruginea, ſterno bruneo. *fn. Suec.* 172. *Albin. av.* 1. *t.* 27. Perdix cinerea.
10. T. pedibus nudis, faſcia nigra ſupra & infra oculos, linea verticali fulva. *Catesb. car.* 3. *t.* 12.
11. T. pedibus nudis, cervice albo nigroque punctata. *Alb. av.* 1. *t.* 28. *In Perdice rufa n.* 8. *ſunt puncta alba in diſco nigro infra guttur verſus pectus*, *in hac vero ejusmodi a tergo colli*, *nec pedes rubri.*
12. T. pedibus antice piloſis; abdomine gulaque atris, collari ferrugineo, cauda cuneiformi. *Willugb. orn.* 128. §. 8. Francolin. *Tourn. it.* 1. *t.* 158.
13. T. pedibus nudis, corpore griſeo-maculata, ſuperciliis albis, rectricibus margine lunulaque ferruginea. *fn. Suec.* 173. *Alb. av.* 1. *t.* 30. Coturnix. *Pennæ corporis ferrugineæ linea longitudinali albida. Chinenſes vivum portando manus calefaciunt. Osb. itin.* 190. *Habitat in Europa*, *Aſia & Africa.*

Ordo 6.

PASSERES.

Roſtrum *conicum*, *acuminatum*. Nares *ovatæ*, *patulæ*, *nudæ*.

92. COLUMBA (*) *Roſtrum* rectum, verſus apicem deſcendens. *Nares* oblongæ, membrana molli tumida ſemitectæ. *Lingua* integra.

1. C. cærulefcens, collo ſupra viridi-nitente, faſcia alarum apiceque caudæ nigricante. *fn. Suec.* 174. Oenas. f. Vinago. *Alb. av.* 3. *t.* 42. 44. *Will. orn.* 136. §. 9. *t.* 35.
   β. Columba domeſtica. *Will. orn.* 130. §. 1. *t.* 32. *Domeſtica parit quovis menſe pullos duos, per novem partus annuos, quod intra* 4 *annos adſcenderet ultra* 18000; *Vetita melancholicis. Antequam coëant prius oſculantur; Intra ingluviem macerata grana in os pulli evomunt; mas & femina alternis vicibus incubant, alterque alteram compellit.*
2. C. pectore inflato. Columba gutturoſa. *Will. orn.* 131. §. 2. *n.* 2. *t.* 34. *Raj. av.* 60.
3. C. pennis occipitis reflexo-erectis. Columba cucullata. *Raj. av.* 60. *Alb. av.* 3. *t.* 43.
4. C. pennis in pectore recurvatis. Columba turbita. *Will. orn.* 132. *n.* 7. *Raj. av.* 60.
5. C. cauda erecta multipenni patula. *Raj. av.* 60. Columba tremula laticauda.
6. C. cera lata verrucoſa, palpebris nudis. *Alb. av.* 2. *t.* 45. Columba tabellaria *Raj. av.* 60. *Longiſſime licet deportata feſtinanter domum redit: huic olim litteras affigerunt per cœlum eunti nuncio.*
   Utrum antecedentes omnes ſpecies veræ diſtinctæ ſint, docebit aliquando Anatomia.
7. C. obſcure rufa, ſubtus flava, orbita oculorum nuda, ſanguinea. *Edw. av. t.* 119. *Sloan. jam.* 2. *t.* 261. *f.* 1. Macula *alba ſub oculis, gula, & ad axillas.*
8. C. rectricibus cinereis apice albis; intermediis fuſcis, orbita oculorum nuda cærulea. *Edw. av. t.* 76.
9. C. rectricibus cinereis apice atris, orbita oculorum nuda rubra. *Edw. av.* 75.
10. C. cinerea, remigibus, rectricibus, plumis pedum, roſtroque albis. *it. Weſtrog.* 8.

8.

(*) Columbas *ad* Paſſeres, *nec ad* Gallinas *pertinere*, *docet monogamia*, *oſculatio*, *incubatus alternus*, *nutritio pulli*, *ova pauca*, *nidificatio*, *locus in altis.*

11 C. rectricibus poſticis atris, remigibus primoribus margine exteriore albidis, collo utrinque albo. *fn. Suec.* 175. Palumbus torquatus. *Alb. av. t.* 46. *Gregatim volant, agris ſatis infeſtæ.*
12. C. capite cæruleo. *Alb. av.* 2. *t.* 49.
13. C. cæruleſcens, vertice depreſſo albo. *Catesb. car.* 1. *t.* 25. *Sloan. jam.* 2. *t.* 261.
14 C. palpebris nudis cœruleis, iridibus oculorum fulvis. *Edw. av. t.* 76.
15 C. cauda alba, corpore nigro, remigibus cæruleis, dorſo viridi nitente, pennis colli elongatis. *Alb. av.* 3. *t.* 47, 48.
16. C. cauda cuneiformi longa, pectore purpuraſcente. *Edw. av. t.* 15. *Catesb. carol.* 1. *t.* 23.
17. C. rectricibus dorſoque fuſcis; abdomine ſanguineo, alis flavis, remigibus nigris. *Alb. av.* 3. *t.* 46.
18. C. corpore purpureo, humeris viridibus, ſuperciliis albis. *Edw. av. t.* 14. Pileus *cæruleſcens.* Remiges *primores nigræ.* Rectrices *nigræ, ſed laterales cinereæ, flexura alarum nigra albo-punctata.*
19. C. plumis minimis erectis, per dorſum alasque diſperſis.
20. C. rectricibus apice albis, dorſo griſeo, pectore incarnato, macula laterali colli. *Alb. av.* 2. *t.* 47.
21. C. ſupra luteſcens, lunula cervicali nigra. *Alb. av.* 3. *t.* 45.
22. C. rectricibus remigibusque obſcurioribus, corpore purpuraſcente, roſtro pedibusque flavis. *Catesb. car.* 1. *t.* 26. *Sloan. jam.* 2. *t.* 261. *f.* 3. Picuipinima. *Marcgr. br.* 204. *Americana.* Alæ *extus in tectricibus punctis ſ. maculis fuſcis adſperſæ.*

93. ALAUDA. *Roſtrum* cylindrico-ſubulatum, rectum, recta protenſum. Mandibulis æqualibus, baſi deorſum dehiſcentibus. *Lingua* bifida. *Unguis* poſticus rectior, digito longior.

1. A. rectricibus extimis duabus extrorſum longitudinaliter albis; intermediis interiori latere ferrugineis. *fn. Suec.* 190. Alauda non criſtata. *Alb. av.* 1. *t.* 41. *Will. orn.* 149. *t.* 40. *Habitat in Europæ apricis. Volatu perpendiculari in ære ſuſpenſa cantillat:*
Ecce ſuum tirile, tirile, ſuum tirile tractat;
Autumno ſole occidente in retia compellitur. Hyeme pingueſcit in auſtralioribus. carne ſapidiſſima. ℥j. *calculoſis noxia.*
2. A. rectricibus extimis duabus extrorſum albis, linea ſuperciliorum alba. *fn. Suec.* 191. *Alb. av.* 1. *t.* 42. *Willugb. orn.* 150. Alauda ſylveſtris.
3. A. capite vitta annulari alba cincto. *fn. Suec.* 192. Alauda arborea. *Will. orn.* 149.
4. A. rectricibus fuſcis inferiori medietate, exceptis intermediis duabus albis, gula pectoreque flaveſcente. *fn. Suec.* 193. Alauda campeſtris. *Will. orn.* 150.
5. A. rectricibus fuſcis; extema dimidiato alba, ſecunda apice cuneiformi alba, linea alarum duplici alba.
6. A. rectricibus nigris: extimis duabus margine exteriori albis, capite criſtato. *Alb. av.* 3. *t.* 52. *Willugb. orn.* 151. *t.* 40. Alauda criſtata major.
7. A. rectricibus fuſcis, extimis duabus oblique dimidiato albis †. Spinoletta. *Raj. av.* 70. *Willugb. orn.* 152.

8.

8. A. rectricibus dimidio inferiore albis, gula flava, faſcia ſuboculari pectoralique nigra. *Cateſb. car.* 1. *t.* 32. Corpus *ſupra fuſcum.* Guttur *ad pectus usque flavum.* Abdomen *album.* Pectorale *transverſum nigrum. Faſcia nigra obtuſa pone ſinum oris.*
9. A. ſubtus flava, faſcia pectorali curva nigra: rectricibus tribus lateralibus albis. *Cateſb. car.* 1. *t.* 33. Corpus *ſcolopacinum, magnitudine Turdi, totum ſubtus flaviſſimum.* Pectus *macula nigra magna lunari.* Remiges *fuſcæ: Secundariæ teſtaceo maculatæ.* Cauda *rotundata:* Rectrices *tres laterales maximam partem albæ.* Unguis *poſticus pedum major, ſed magis curvus quam in reliquis.* Roſtrum *rectum: maxilla ſuperior teretiuſcula, baſi nuda.*

94. STURNUS. *Roſtrum* ſubulatum, angulato-depreſſum, obtuſiuſculum: mandibula ſuperiore integerrima, marginibus patentiusculis. *Nares* ſupra marginatæ. *Lingua* emarginata acuta.

1. S. roſtro flaveſcente, corpore nigro punctis albis. *fn. Suec.* 183.
2. S. luteus, capite fuſco, pectore maculato, alis fuſco-luteis. *Edw. av. t.* 186.
3. S. fuſcus, macula oculari, faſcia alari, abdomineque albis. *Edw. av. t.* 187. *Alb. av.* 3. *t.* 21.
4. S. niger, pectore albo. Motacilla. *fn. Suec.* 216. Merula aquatica. *Alb. av.* 2. *t.* 39. *Hieme habitat ad Cataractas fonteſque non congelandos, ubi deſcendit per voragines voratura Oniſcos aquaticos inſectaque alia; emergitque non palmipes: Hyeme ſolitaria, æſtate plerumque gemina verſatur. Mere inſectivora nec granivora; Naribus laminula fere clauſis diſtincta a Motacillis.*

95. TURDUS. *Roſtrum* tereti-cultratum, maxilla ſuperiore apice deflexo. *Nares* nudæ, ſuperne membranula ſemitectæ. *Lingua* lacero emarginata.

1. T. dorſo fuſco, collo maculis albis, roſtro flaveſcente. Turdus viſcivorus major. *Raj. av.* 64. *n.* 1. *Will. orn.* 137. *Aldr. orn. l.* 16. *c.* 1. *Sibimet ipſi malum cacat. diſſeminator Viſci Ilicisque.*
2. T. rectricibus nigris: extimis margine interiore apice albicantibus, capite uropygioque cano. *fn. Suec.* 188. Turdus Pilaris. *Will. orn.* 138. *t.* 37. *Romani in Ornithone magna diligentia alebant* Turdos, *alatiles reddebant, care pendebant, teſte Varrone, Plutarcho.*
3. T. alis ſubtus flaveſcentibus, rectricibus tribus lateralibus apice utrinque albis. *Alb. av.* 1. *t.* 33. Turdus Iliacus. *Aldr. orn. l.* 16. *c.* 4. *Linea nulla ſuperciliorum alba; Caro ob amaritiem minus accepta.*
4. T. alis ſubtus ferrugineis, linea ſuperciliorum albicante. *fn. Suec.* 189. Turdus muſicus. *Friſch. av. t.* 27. *f.* 1, 2. *Alb. av.* 1. *t.* 35. 34. *E ſummitate Arboris vere Luſciniam cantilenâ imitatur; diſſeminator cum præcedentibus Juniperi.*
5. T. griſeus, ſubtus ferrugineus, linea alba ad latera capitis, cauda rotundata. *Edw. av. t.* 184. *Alb. av.* 3. *t.* 19.

6.

6. T. ferrugineus ſubtus dilutior maculatus, remigibus unicoloribus, cauda rotundata. *Catesb. car.* 1. *t.* 28.
7. T. obſcure cinereus, ſubtus pallide cinereus, macula alarum albida. *Catesb. car.* 1. *t.* 27. *Sloan. jam.* 2. *t.* 256. *f.* 3. *Virginicus. Eximia voce cantillat, & cantu inſtruitur.*
8. T. dorſo fuſco, pectore rectricibusque lateralibus albidis, alis faſcia alba. *Browne jam.* 469. *Edw. av. t.* 78. Cauda *longa rotundata.* Rectrices *extimæ albæ. E terra elevatus cantilena Spectatorem rapit in ſui admirationem.*
9. T. cæruleſcens, gula atra. *Catesb. car.* 1. *t.* 30.
10. T. capite colloque cœruleſcente, abdomine flaveſcente, dorſo vireſcente, rectricibus remigibusque rufis, capite criſtato. *Catesb. car.* 1. *t.* 52.
11. T. ſubincarnatus, capite, alis, caudaque nigris, occipite criſtato. Merula roſea. *Edw. av. t.* 20. *Aldr. ornith. l.* 16. *c.* 15. *Will. orn.* 143.
12. T. ater, roſtro palpebriſque fulvis. *fn. Suec.* 184. Merula *Alb. av.* 1. *t.* 37. *Friſch. av.* 27. *f.* 1, 2. Femina *fuſca eſt.* Pullus *primo anno, etiam Maſculus roſtro nigro.*
13. T. nigricans, torque albo, roſtro flaveſcente. *fn. Suec.* 185. *Alb. av.* 1. *t.* 39. Merula torquata.
14. T. cæruleus, remigibus rectricibusque nigris, abdomine lineolis cinereis undulato. Paſſer ſolitarius. *Act. Upſ.* 1750. *p.* 21. *Edw. av. t.* 18. *Habitat in Oriente;* Mas *cæruleus.* Femina *cinerea, ſubtus lineolis albis & cinereis undulata.*
15. T. griſeus, ſubtus albidus, lineolis transverſis lunatis fuſcis, pedibus cæruleſcentibus †. Turdus muſicus paluſtris. *Klein. av.* 179. *f.* 3. *Mas indeſinenter cantillans toto die, ſub incubatu Feminæ in terra nidulantis.*
16. T. nigro-virens, ſubtus luteſcens, ſuperciliis albis. *Catesb. car.* 1. *t.* 50.

96. LOXIA. *Roſtrum* conico-gibbum, fronte ſubcalvum. Mandibula inferior margine laterali inflexa. *Nares* in baſi roſtri. *Lingua* integra.

1. L. roſtro forficato. *fn. Suec.* 177. Loxia. *Alb. av.* 1. *p.* 58. *t.* 61. *Friſch av.* 2. *t.* 11. *f.* 3, 4.
2. L. linea alarum ſimplici alba, rectricibus latere tenuiore baſeos albis. Coccothrauſtes. *Edw. av. t.* 188. *Alb. orn.* 1. *t.* 56. *Aldr. orn. l.* 16. *c.* 20.
3. L. linea alarum duplici alba, rectricibus totis nigricantibus. *fn. Suec.* 176. *Edw. av t.* 123. *Noctu egregie canorus. Migrat hyeme ad Auſtrales Sueciæ provincias, Upſaliam tranſit ſine Octobris. Junior ruber, Senior flavus.*
4. L. artubus nigris, tectricibus caudæ remigumque poſticarum albis. *fn. Suec.* 178. Rubicilla ſ. Pyrrhula. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 31. *Will. orn.* 130. *t.* 43. *Alb. av.* 1. *t.* 59, 60. *Friſch. av. t.* 2. *f.* 1, 2. Mas *ſubtus ruber,* Femina *ſubtus fuſco-cinerea.*
5. L. rubra, facie nigra. *Catesb. car.* 1. *t.* 38. *Seb. theſ.* 1. *t.* 60. *f.* 4. *Petit. Gaz. t.* 16. *f.* 7. *Alb av.* 1. *t.* 57. & 3. *t.* 61. Cardinalis.
6. L. nigra, capite gulaque coccineis, pectore abdomine remigumque margine albis. *Edw. av. t.* 127. Rubicilla Americana. *Will. orn.* 180. Guiralivica *Marcgr. br.* 211.

7. L. albicans, fronte criſtata, uropygio pedibusque rubris, rectricibusque intermediis longiſſimis. *Avis inter maximas ſui generis.* Criſta *Maris rubra*, *Feminæ alba. Pectus in mare rubrum.* Rectrices *cinereæ; intermediæ duplo longiores.*
8. L. rubra, alis nigris. *Seb. muſ.* 1. *t.* 95. *f.* 1.
9. L. cinraſcens, capite purpuraſcente, pectore albo-maculato. *Edw. av.* 180. Corpus *ſupra cinereum*, *griſeo-maculatum; ſubtus totum fuſcum maculis albis rotundis.* Alæ *fuſcæ.* Remiges *margine griſeæ.* Cauda *nigra*, *forficata.* Caput *purpureum.*
10. L. flava, dorſo vireſcente, capite fulvo.
11. L. fuſca, temporibus albis, roſtro rubro. *Edw. av. t.* 41, 42. Oryzivora.
12. L. nigra, ala ſpuria alba, roſtro incarnato. *Alb. av.* 3. *t.* 69. *An præcedentis femina?*
13. L. ferruginea, abdomine nigro albo-maculato. *Edw. av. t.* 40.
14. L. fulva, temporibus albis, cauda pectoreque atris. Corpus *magnitudine Motacillæ albæ n.* 12. *Griſea ſunt humeri*, *femora*, *ani regio*, *margines rectricum. Nigra ſunt tempora ad roſtrum usque*, *Alæ*, *Remiges*, *Cauda*, *Rectrices*, *& Pectus. Fulva ſunt Caput*, *Collum*, *Uropygium.*
15. L. griſea, ſubtus alba, roſtro pedibusque ſanguineis.
16. L. griſea fuſco-undulata, roſtro, temporibus pectoreque coccineis: *Edw. av. t.* 179. Magnitudo *Reguli; ſupra griſea fuſco-undulata; ſubtus pectore purpurea.* Cauda *rotundata; griſea lineolis transverſis fuſcis numeroſis.* Roſtrum *coccineum*, *gibbum; faſcia coccinea per oculos ducta.*
17. L. cærulea, remigibus rectricibusque nigris. *Edw. av. t.* 125.
18. L. nigra, linea frontali temporibusque albis. Corpus *magnitudine Pari*, *ſupra nigrum*, *e cæruleo nitidum; ſubtus album.* Roſtrum *nigrum*, *gibbum; Linea a fronte ad verticem ducta alba. Macula alba ſupra maxilla inferiore.* Remiges *nigræ: Primores baſi anteriore albæ*, *unde macula alarum alba.* Cauda *nigra bifurcata.*
19. L. griſea, fronte gula uropygio ſuperciliisque luteis. *Edw. av. t.* 44. Magnitudo *Fringillæ.* Faſciæ *duæ cineraſcentes in alarum tectricibus.* Cauda *integra.*
20. L. flavicanti-virens, remigibus primoribus antice luteis, rectricibus lateralibus quatuor baſi luteis. Fringilla. *fn. Suec.* 202. Chloris *Will. orn.* 129. *Alb. av.* 1. *t.* 58. *Friſch. av. t.* 8. *f.* 3, 4. *Media quaſi inter* Loxias *&* Emberizas, *ſed roſtrum craſſius quam in Emberizis.*
21. L. vireſcens, fronte ſuperciliis pectore abdomineque flavis, caudæ apice albo. Corpus *viride*, *fuſco-maculatum; ſubtus totum flavum.* Frons *& inde linea ſupra oculos flava.* Tempora *flava.* Cauda *nigricans*, *bifurca*, *apice alba.*
22. L. flaveſcens, pectore collarique flavis, temporibus nigris. Roſtrum *nigrum.* Pedes *fuſci.* Frons *calva.* Genæ *nigræ.* Pectus *& ferme* Collare *flava.* Corpus *viride flaveſcens*, *magnitudine Pari minimi.*
23. L. griſea, pileo flavo, temporibus albidis, abdomine albido fuſco maculato. *Edw. av. t.* 189. *Alb. av.* 2. *t.* 52.
24. L. cinerea, remigibus rectricibusque nigris, gula anoque albis. Corpus *magnitudine & facie Pari.* Roſtrum *nigrum.* Gula *alba.* Remiges & Rectrices *nigræ.* Ani *regio albida.*
25. L. fuſca, ſubtus albida, remigibus a tertia ad nonam baſi omnino albis.
26. L. lutea, capite atro. *Alb. av.* 3. *t.* 62.
27. L. cana, remigibus rectricibusque fuſcis, pedibus rubris. *Edw. av. t.* 179. *f.* 1. *Margines rectricum & oris regio albida.*
28. L. nigra, macula alba humeri remigumque duarum exteriorum. *Cateſb. car.* 1. *t.* 68. *Alb. av.* 3. *t.* 69.
29. L. cærulea, alis fuſcis faſcia baſeos purpurea. *Cateſb. car.* 1. *t.* 39.

30.

30. L. violacea, ſuperciliis gula anoque rubris. *Catesb. car.* 1. *t.* 40.
31. L. griſea, uropygio ſubtusque ferruginea, remigibus 4, 5, 6. baſi utrinque albis, cauda integra. *Avicula vix Regulo major;* Roſtrum *breve, craſſum, ſubobtuſum.*
32. L. fuſca, ſubtus rubra. *Edw. av. t.* 83. *f.* 1. *Indica; magnitudine præcedentis.*

97. EMBERIZA. *Roſtrum* conicum. *Mandibulæ* baſi deorſum a ſe invicem diſcedentes: inferiore lateribus inflexo-coarctata; ſuperiore anguſtiore.

1. E. remigibus albis, primoribus extrorſum nigris, rectricibus nigris; lateralibus tribus albis. Alauda *fn. Suec.* 194. *t.* 1. *f.* 194. Avis nivis *Edw. av. t.* 126. *Martenſ. ſpitsberg.* 53. *t. K. f. B.* *Habitat in alpibus Lapponiæ, Spitsbergæ ad ſinum Hudſonis alibique, terræ inſidens; intenſiſſime hyeme ad nos migrans; avena nutritur; ſapidiſſima; Hieme alba; noctu vigil.*
2. E. griſea nigro-maculata. *fn. Suec.* 206. *Alb. av.* 2. *t.* 50. *Friſch. av. t.* 6. *f.* 4. *Præcedenti valde affinis.*
3. E. remigibus nigris, primis tribus margine albidis, rectricibus nigris: lateralibus duabus extrorſum nigris. *fn. Suec.* 208. Hortulanus *Will. orn.* 167. *t.* 40. *Oculorum orbita ſ. palpebrae nudæ flavæ, ut oculi annulo flavo cingantur nudo, & caput ſubtus ad maxillam inferiorem flavum.*
4. E. rectricibns nigricantibus: extimis duabus latere interiore macula alba acuta. *fn. Suec.* 205. Emberiza flava. *Will. orn.* 196. *t.* 40. *Alb. av. t.* 1. 66. *Hyeme domeſtica; æſtate colligit lavas Braſſicæ.*
5. E. griſea, fronte abdomineque nigris, collo uropygioque fulvis, roſtro nigro. *Edw. av. t.* 178.
6. E. dorſo griſeo, fronte nigra, roſtro coccineo. Roſtrum *coccineum, craſſum Loxiæ, at non incurvum,* maxillis *Emberizæ.* Frons *undique circum roſtrum atra.* Caput, Humeri, Alæ *nigro griſeoque maculatæ ut Paſſeris domeſtici.* Pectus & abdomen *albo ſubincarnata.* Remiges Rectricesque *nigricantes margine undique cinereo.* Pedes unguesque *incarnati.*
7. E. fuſcæ, pectore gula humerisque ſanguineis. *Edw. av. t.* 82. Magnitudo *Sturni.* Color *ſupra e ſcolopacino fuſcus, ſubtus ſanguineus.* Roſtrum *baſi ſubcalvum.* Remiges *fuſcæ:* 1, 2. *margine exteriore griſeæ.* Rectrices *æquales, fuſcæ; apice faſciis pallidioribus variæ.*
8. E. atro nitens. *Habitat in Aſia. Tota etiam roſtro aterrima, corpore ſupra parum e cæruleo vireſcente, nitido ut in Corvo; magnitudo Turdi.*
9. E. griſeo-maculata, apicibus rectricum albis, dorſo poſtico flavo. *Osbeck. it.* 102. Corpus *Magnitudine Ligurini, ſupra cinereum.* Dorſum *ſub alis & verſus caudam flavum.* Tectrices *caudae albæ.*
10. E. griſeo, facie flava. Frons & Gula *flava.*
11. E. cinereo-fuſca, alis fulvis, rectricibus duabus longiſſimis. *Seb. muſ.* 1. *t.* 66. *f.* 5.
12. E. fuſca, pectore rubro, rectricibus duabus longioribus acuminatis, intermediis duabus longiſſimis. *Edw. av. t.* 86. *Petiv. Gaz. t.* 55. *f.* 1. Paſſer Indicus. *Will. orn.* 184. *t.* 45. *Aldr. orn. l.* 15. *c.* 23. *Africam inhabitat. Nigra eſt, ſed* cervice & pectore *coccineo. Deponit quotannis longas caudae pennas, uti Pavo.*
13. E. capite cæruleo, abdomine fulvo, dorſo viridi, pennis viridi-fuſcis. *Act. Stockholm. p.* 150. *n.* 278. *t.* 7. *f.* 1. *Catesb. car.* 1. *t.* 44. *Edw. av. t.* 130. *Alb. av.* 3. *t.* 68.

Are-

β. Linaria cærulea. *Catesb. car.* 1. *t.* 44.
Caput *totum* & Collum *cæruleum.* Dorſum, Alæ, Caudaque *ſupra viridia, tota ſubtus lutea; ſed* Pectus *ante fulvum. β.* Femina *cærulea ſolo abdomine albo, hyëme fere griſea evadit.*

14. E. capite pectoreque atro, abdomine albo, alis rubris. *Alb. av.* 3. *t.* 67.

98. FRINGILLA. *Roſtrum* conicum, rectum, acutum.

1. F. fuſca, cervice fulva, macula alarum dorſoque poſtico albis. *Catesb. car.* 1. *t.* 14. *Habitat in Cuba, ubi autumno conſumta Oryza, feminæ ſolæ deſcendunt in Carolinam.* Femina *griſea tota a Mare colore differt.*
2. F. artubus nigris remigibus utrinque albis: tribus primis immaculatis, rectricibus duabus oblique albis. *fn. Suec.* 199. *t.* 2. *f.* 199. *Alb. av.* 1. *t.* 63. Femina *migrat per Belgium in Italiam.* Mas *capite pileato, vere mutato ſono æſtatem annunciat.*
3. F. alarum baſi ſubtus flaviſſima. *fn. Suec.* 198. *t.* 2. *f.* 198. *Alb. av.* 3. *t.* 64.
4. F. fuſca, pectore humerisque rufis, alis nigris macula rufa. *fn. Suec.* 197.
5. F. capite nigricante maculato: macula pone oculos alba. *fn. Suec.* 196 *Alb. av.* 3. *t.* 63.
6. F. artubus remigibus rectricibusque nigris, duabus utrinque extremis a medio extrorſum albis. *fn. Suec.* 200.
7. F. griſea nigro-punctata, area a roſtro per latera colli atra. *Edw. av. t.* 85.
8. F. nigra rubro relucens, abdomine ruſeſcente, macula alarum alba. *Catesb. car.* 1. *t.* 34.
9. F. remigibus antrorſum luteis, extima immaculata, rectricibus duabus extimis medio reliquisque apice albis. *fn. Suec.* 195. Carduelis *Will. orn.* 189. *t.* 46.
10. F. facie caudaque rubris, abdomine albo nigroque undato, dorſo viridi. *Edw. av. t.* 128.
11. F. rectricibus purpureis medietate poſtica atris. *Alb av.* 3. *t.* 77. Mas *totus purpureus.* Fœmina *cinerea exceptis* Roſtro & Rectricibus.
12. F. viridis, capite rubro, collari flavo, pectore cœruleo. *Edw. av. t.* 23.
13. F. rubra tota. *Catesb. car.* 1. *t.* 56.
14. F. flava fronte nigra, alis fuſcis. *Catesb. car.* 1. *t.* 43.
15. F. capite nigro, faſcia alba alarum ſupra infraque oculos, pectore fulvo. *Catesb. car.* 1. *t.* 42.
16. F. capite cuneiformi, corpore ruſeſcente; temporibus uropygio abdomineque violaceis, roſtro rubro. *Edw av. t.* 191.
17. F. virens, ſuperciliis pectore abdomineque flavis, remigibus primoribus margine exteriore albis. *Edw. av. t.* 84.
18. F. roſtro corporeque albicante, rectricibus remigibusque vireſcentibus. *fn. Suec.* 207. Canaria. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 5. *Alb. av.* 1. *t.* 65. *Friſch. av.* 2. *t.* 12. *f.* 5. *Habitat in inſulis Canariis. Seminibus Phalaridis imprimis victitans. Hybrida parit; ſed non ejus nepos.*
19. F. remigibus medio luteis: primis quatuor immaculatis, rectricibus baſi flavis apice nigris. *fn. Suec.* 208. Spinus ſ. Ligurinus. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 4. *Alb. av.* 3. *t.* 76.
20. F. fuſca, criſta flammea. *fn. Suec.* 201.
21. F. fuſca, roſtro flavicante. *fn. Suec.* 204.
22. F. remigibus primoribus rectricibusque nigris utroque margine albis. *fn. Suec.* 209.

23

23. F. remigibus rectricibusque fuſcis, margine obſolete pallido, litura alarum albida. *fn. Suec.* 210.
24. F. dorſo fuſco, abdomine caudaque cœruleis. *Edw. av. t.* 131.
25. F. violacea, fronte ſubtusque flaviſſima. *Nigro-cœrulea ſunt* Dorſum, Collum, Remiges, Rectrices *ſupra: Flaviſſima* Frons, Pectus, Abdomen, Collum *ſubtus.* Roſtrum *breviſſimum, trigonum, nigrum, apice incurvo.*
26. F. rectricibus fuſcis; extimis duabus macula alba cuneiformi, corpore griſeo nigroque, capite nigro *fn. Suec* 211. *Similis Fringillæ n.* 27. Gula *nigra, ſed* capite *nigro*, collari *albo;* Cauda *maxime forcipata.*
27. F. remigibus rectricibusque fuſcis, corpore griſeo nigroque, faſcia alarum alba ſolitaria. *fn. Suec.* 212. *Selaciſſimus qui vigeſies coit. Hortis peſſima.*
28. F. remigibus rectricibusque fuſcis, corpore griſeo nigroque, alarum faſcia alba gemina. Paſſer montanus. *Aldr. orn. l.* 15. *c.* 15. *Raj. av.* 87. *Simillima Fringillæ n.* 27, *ſed minor & faſcia duplex in alarum tegetibus alba ſ. Tectrices alarum primi ſecundique ordinis albi, at in Fringilla. n.* 27. *tantum ſecundi.*
29. F. ferruginea, capite atro, roſtro cæruleo. *Edw. av. t.* 43. *Chinenſis.* Roſtrum *craſſum fere Loxiæ.*
30. F. nigra, ventre albo. *Catesb. car.* I. *t.* 36.
31. F. capite pectoreque nigris, dorſo alis caudaque obſcure vireſcentibus. *Catesb. car.* I. *t.* 37.

99. MOTACILLA. (*) *Roſtrum* ſubulatum, rectum: mandibulis ſubæqualibus. *Nares* obovatæ. *Lingua* lacero-emarginata.

1. M. rufo-cinerea, genuum annulis cinereis. *fn. Suec.* 221. Luſcinia. *Alb. av.* 3. *t.* 53. *Noctu veſpereque cantillans. Miratrix avis, habitans in Europæ frondoſis. Nutritur ovis Formicarum.*
2. M. ſupra fuſco-vireſcens, ſubtus fulva, linea ocularique ſuboculari que nigra. *Edw. av. t.* 121. *f.* 2. Icterus minor nidum ſuſpendens *Sloan. jam.* 2. *p.* 299. *Rectrices apice luteæ.*
3. M. ſupra griſeo-fuſca, rectricibus alarum apice albis, pectore cæruleſcente cinereo. *fn. Suec.* 223. *Friſch. av. t.* 21. *f.* 3. *Klein. av.* 73. *t* 1.
4. M. teſtaceo-fuſca, ſubtus pallide teſtacea, capite maculato. *fn. Suec.* 222.
5. M. griſea, capite cinereo, rectricibus concoloribus, abdomine albido. *Edw. av. t.* 122. *f.* 2.
6. M. ſupra fuſca, ſubtus albida, rectricibus fuſcis, extima margine tenuiore alba. *fn. Suec.* 233. Curruca. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 34. *Will. orn.* 157.
7. M. vireſcente cinerea, ſubtus flaveſcens, abdomine albido, artubus fuſcis. *fn. Suec.* 234.
8. M. cinerea, ſubtus alba, ſuperciliis albis. Salicaria. *Albin. av.* 3. *t.* 60. *Will. orn.* 158.

9.

(*) Motacillæ *pleræque inſectivoræ nec granivoræ, hinc hyemem verſus e borealibus ad meridionales terras migrant.*

9. M. ſupra cinerea, ſubtus alba, rectrice prima longitudinaliter dimidiato alba, ſecunda apice alba. *fn. Suec.* 228.

10. M. ſupra griſea, ſubtus cinerea, remigibus primoribus apice obſoletis. Luſcinia altera. *Klein. av.* 73. *t.* 1.

11. M. ſubfuca, ſubtus alba, pectore cinereo maculato. *fn. Suec.* 231. Ficedula cannabina. *Will. orn.* 163. *Alb. av.* 3. *t.* 26.

12. M. pectore nigro, rectricibus duabus lateralibus dimidiato oblique albis. *fn. Suec.* 214. Motacilla. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 23. *Will. orn.* 171. *t.* 42. *Friſch. av. t.* 23. *f.* 4. *Alb. av.* 1. *t.* 49.

13. M. pectore abdomineque flavo, rectricibus duabus lateralique dimidiato oblique albis. *fn. Suec.* 215. Motacilla flava. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 24. *Will. orn.* 172. *t.* 68. *Alb. av.* 2. *t.* 58. *Friſch. av. t.* 23. *f.* 3.

14. M. viridis, ſubtus flaveſcens, avis nigris: faſciis duabus albis. *Edw. av. t.* 79. *Habitat in Benghala. Faſciae alarum ex apicibus tectricum albis.*

15. M. nigra, pectore macula alarum baſique remigum rectricumque fulvis. *Catesb. car.* 1. *t.* 67. *Edw. av. t.* 80.

16. M. ferruginea, area oculorum alis caudaque fuſcis, rectricibus extimis latere albis. *Edw. av. t.* 31.

17. M. dorſo cano, fronte alba, oculorum faſcia nigra. *fn. Suec.* 217. Oenanthe ſ. vitiflora. *Alb. av.* 1. *t.* 55.
β. Motacilla. *fn. Suec.* 219. Oenanthe vitifloræ femina. *Alb. av.* 3. *t.* 54.
Sexu & aetate varia, ceſſante nocturno frigore advenit.

18. M. nigricans, ſuperciliis albis, macula alarum alba, gula pectoreque flaveſcente. *fn. Suec.* 218. *&* 230. *t.* 1. *f.* 3, 5. *Edw. av. t.* 30. Rubetra. *Alb. av.* 1. *t.* 52.

19. M. teſtacea, ſubtus cinerea, pileo obſcuro. *fn. Suec.* 229.

20. M. griſea, ſubtus alba, temporibus uropygioque rubris. *Edw. av. t.* 190. *Alb. av.* 3. *t.* 56.

21. M. gula nigra, abdomine rufo, capite dorſoque cano. *fn. Suec.* 224.

22. M. dorſo remigibusque cinereis, abdomine rectricibusque rufis: extimis duabus cinereis. *fn. Suec.* 225.

23. M. remigibus nigricantibus, rectricibus rufis: intermedio pari nigro, extrorſum ruſeſcente. *fn. Suec.* 227.

24. M. pectore ferrugineo, faſcia cœrulea, rectricibus fuſcis verſus baſin ferrugineis. *fn. Suec.* 220. *Edw. av. t.* 28. Wegflecklin. *Geſn. av.* 796. *Aldr. orn.* 749. *Will. orn.* 160. Phœnicurus *Friſch. av.* 3. *t.* 19 *f.* 3, 4.
β. Wydengyckerlin. *Geſn. av.* 796.

25. M. ſupra cærulea, ſubtus tota rubra. *Catesb. car.* 1. *t.* 47. *Edw. av. t.* 24.

26. M. cærulea, ventre clunibusque ruſeſcentibus. *Edw. av. t.* 22.

27. M. viridis, remigibus primoribus nigricantibus. *Edw. av. t.* 25. *f.* 1.
β. Muſcicapa viridis, capite cæruleo. *Edw. av. t.* 25. *f.* 2.

28. M. griſea, gula pectoreque fulvis. *fn. Suec.* 226. Rubecula. *Will. orn.* 160. *t.* 38. *Alb. av.* 1. *t.* 51 *Friſch. av.* 3. *t.* 19. *f.* 2.

29. M. griſea, alis nigro cinereoque undulatis. *fn. Suec.* 232. Paſſer troglodytes *Alb. av.* 1. *t.* 53. *f. B.*

30. M. remigibus ſecundariis exteriori margine flavis, medio albis. *fn. Suec.* 235. *Catesb. car.* 3. *t.* 13

31. M. cinereo-vireſcens, remigibus ſubtus flaveſcentibus, ſuperciliis luteis. *fn. Suec.* 236. Regulus non criſtatus. *Alb. av.* 2. *t.* 59. *f. A. Will orn* 164. *t.* 42.
Conf. *Locuſtella Will. orn.* 151. *Alauda minima locuſtæ voce. Raj. av.* 70. *pro eadem habet Mus Petrop.* 380.

32. M. ſupra cinereo-vireſcens, remigibus fuſcis: 7, 8, 9 apice albis. *fn. Suec.* 237.

33.

83. M. capite ferrugineo, macula nigra oculari, remigibus rectricibusque fuſcis margine utroque ferrugineis. *Edw. av. t.* 55. Parus minimus Remiz. *Titius Lipſ.* 1755. *diſſert.*

84. M. griſea, capite nigro punctis albis ſparſis. Corpus *magnitudine Motacillæ n.* 30. Dorſum alæque *ſupra griſea.* Pectus *flaveſcens lineis transverſis nigris.* Cauda *fuſca*, *lateribus pallida.* Caput *nigrum*, *adſperſum punctis rotundis albis in ſingula penna ſingulis.* Mas *antice in capite lineis carneis*, *poſtice punctis albis.*

100. PARUS. *Roſtrum* integerrimum. *Lingua* truncata, ſetis terminata.

1. P. capite criſtato. *fn. Suec.* 239. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 20. *Will. orn.* 175. *t.* 43. *Alb. av.* 2. *t.* 57. *f.* 2.
2. P. capite nigro, temporibus albis, nucha lutea. *fn. Suec.* 238. *Alb. av.* 1. *t* 46.
3. P. cæruleſcens, temporibus pectore dorſoque flaveſcentibus, hypochondriis purpuraſcentibus. *Catesb. car.* 1. *t.* 64. *Habitat in America ſeptentrionali an ſola varietas; Pari n.* 22.
4. P. remigibus cæruleſcentibus; primoribus margine exteriore albis, fronte alba, vertice cæruleo. *fn. Suec.* 240. Parus cæruleus *Will. orn.* 175. *Friſch. av.* 3. *t.* 14. *f.* 1.
5. P. capite nigro, dorſo cinereo, occipite pectoreque albo. *fn. Suec.* 241. Parus ater. *Will. orn.* 175. *t.* 43. *Friſch. av.* 3. *t.* 13. *f.* 3.
6. P. capite nigro, temporibus albis, dorſo cinereo. *Faun. Suec.* 242. Parus paluſtris. *Alb. av.* 3. *t.* 13. *f.* 4.
7. P. vertice albo, cauda corpore longiore. *fn. Suec.* 243. *t.* 1. *f.* 243. Parus caudatus. *Alb. av.* 2. *t.* 57. *f.* 1. *Will. orn.* 176. *t.* 43.
8. P. vertice cano, cauda corpore longiore. *Edw. av. t.* 55. *Alb. av.* 1. *t.* 48.
9. P. ater, capite ſupra albo. *Seb. muſ.* 2. *t.* 96. *f.* 5. Statura *Motacillæ*, *ſimilis ſequenti*, *ſed* roſtrum *paulo validius.* Corpus *totum nigrum.* Caput *totum album.* Vibriſſæ *ad os validiores quam in Congeneribus.*
10. P. niger, capite femoribusque fulvis. *Edw. av. t.* 21.
11. P. niger, capite pectoreque coccineis, remigibus antrorſum macula alba. *Edw. av. t.* 83. *f.* 2. *Seb. muſ.* 1. *t.* 60. *f.* 8, 7.
12. P. niger, roſtro albo, macula alarum baſique caudæ flavis.

101. HIRUNDO. (*) *Roſtrum* minimum, incurvum, ſubulatum, baſi depreſſum. *Rictus* capite amplior.

1. H. rectricibus, exceptis duabus intermediis, macula alba notatis. *fn. Suec.* 244. Hirundo domeſtica *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 6. *Will. orn.* 155. *t.* 39. *Alb. av.* 1. *t.* 45. *Friſch. av. t.* 18. *f.* 1.

2.

(*) *Hirundines in aëre piſcantur inſecta.*

2. H. rectricibus omnibus macula alba notatis. H. nidis edulibus. *Raj. av.* 72. *Habitat in Chinæ ripas. nidis gelatinoſis eſculentis.*
3. H. rectricibus immaculatis, dorſo nigro cæruleſcente. *fn. Suec.* 245. H. agreſtis ſ. ruſtica. *Alb. av.* 2. *t.* 56. *f. A. Friſch. av.* 1. *t.* 17. *f.* 2.
4. H. cinerea, gula abdomineque albis. *fn. Suec.* 247. H. riparia. *Alb. av.* 2. *t.* 56. *f. B. Friſch. av. t.* 18. *f.* 2.
5. H. nigricans, gula alba, digitis omnibus quatuor anticis. *fn. Suec.* 246. H. Apus. *Alb. av.* 2. *t.* 55. *Friſch. av.* 3. *t.* 17. *f.* 1. *In terram decidens non evolat; capitur hamo Cicadæ inſerto.* Bell. 16.
9. H. nigro-cæruleſcens, ore ſubtusque cinereo-exalbida. *Edw. av. t.* 120.
7. H. recticibus æqualibus, apice ſubulatis nudis. *Catesb. car.* 3. *t.* 8.
8. H. fuſca, gula abdomineque albis. *Edw. av.* 27. *f.* 27.

102. CAPRIMULGUS. (*) *Roſtrum* incurvum, minimum, ſubulatum, baſi depreſſum. *Vibriſſæ* ad os ſerie ciliari. *Rictus* ampliſſimus.

1. C narium tubis obſoletis. *α.* Hirundo. *fn. Suec.* 248. Caprimulgus. *Friſch. av. t.* 101. *Catesb. car.* 1. *t.* 8.
β. Caprimulgus *Catesb. car.* 3. *t.* 16. *Edw. av. t.* 63. *Varietatem β judico ex macula alba alarum & rectricum ut in mare avis Europeæ; Victitat Phalænis, Inſectisque nocturnis.* Nidus *orbiculatus e luto inter rupes.*
2. C. narium tubulis eminentibus. *Sloan. jam.* 2. *t.* 255. *f.* 1.

(*) Caprimulgus *genere differt ab* Hirundine, *uti* Strix *a* Falcone; Phalæna *a* Papilione.

CLAS-

CLASSIS III.

AMPHIBIA.

PESSIMA tetraque Animalia. *Corde uniloculari uniaurito*, *Pulmonibus arbitrariis*, *Pene duplici* dignoſcuntur.

AMPHIBIA pleraque horrent Corpore frigido, Colore lurido, Sceleto cartilagineo, Cute fœda, Facie torva, Obtutu meditabundo, Odore tetro, Sono rauco, Loco ſqualido, Veneno horrendo; non itaque in horum numerum ſeſe jactavit eorum Auctor.

POLYMORPHA in his Amphibiis natura duplicem vitam plerisque conceſſit: Aliis *Metamorphoſin* ſubire, aliis *Senectam* exuere; aliis *Ovo* naſci, aliis *nudos* fœtus parere; aliis in *ſicco humidoque* promiſcue vivere, aliis dimidio anno *hyemare*; aliis prædam niſu aſtuve aſſequi, aliis faſcino quaſi eandem in fauces revocare.

REPTILES pedati, auribus plano-denudatis absque auriculis, variam vitam ex ſtructura agunt: *Teſtudines* muniuntur Teſta; *Dracones* evolant Alis; *Lacertæ* fugiunt Pedibus; *Ranæ* abſconduntur Loco; nec omnes Veneno prorſus carent, ut Bufo, Salamandra, Gecko.

SERPENTES apodes, absque *Auribus* ſurdos, a Piſcibus ſeparant Pulmones, Ovorum catena, Penisque duplex muricatus, affinitas denique cum Lacertis tanta, ac Lacertarum cum Ranis, vixque limites admittens. Hos nuda in terra rejectos, artium miniſterio expertes, omnium injuriæ expoſitos, armavit Natura conſervatrix ſuis *armis*, horrentibus exſecrabili *Veneno*, in diverſis diverſo. Sunt autem hæc *Tela* dentibus ſimillima, ſed extra maxillam ſuperiorem collocata, proque lubitu exſerenda & retrahenda, ſacculo ſaniei affixa, quam vulnere inflant in ſanguinem, tum diri effectus cauſſam, cæterum inertem; ſicque Catonia hæc morſu virus habent & fatum dente minantur, pocula morte carent, prout ſolide *Redi.* Ne vero hi ſpoliati miſerique armis, quæ ipſis ſupereſſent, nimium ſævirent, decimam quamque tantum ſpeciem armavit (♂) imperans, ſed verſipelles eos voluit, ut dubii omnes metuerentur ab omnibus; at Beneficus Homini dedit INDIS *Ichneumonem* cum *Ophiorbiza*, AMERICANIS *Suem* cum *Senega*, EUROPAEIS *Ciconiam* cum *Olea*.

DIAGNOSIN, qui velit horum, eandem deſumat a Pedum ſuccedaneis *Scutis abdominalibus caudalibusque*; ne vero numerus alteri demtus alterique additus ſeducat, juvat etiam uterque connumeratus (*Act. Stockh.* 1752. *p.* 206.); ab ano utrinque Longitudo illuſtrat, & Color in nonnullis; cave vero ne renata ſit mutilata cauda.

NANTES pinnatos aquaticos (*Chondropterygios* cartilagineosve dictos Piſces) Amphibiorum claſſem nunc ſubire jubent Pulmones (*) arbitrarii, Latere licet, non vero branchiis liberis, ſed adnatis, reſpirantes; Maresque Pene duplici inſidentes Feminis! ovis concatenatis fœtis, fœdaque Cutis

(*) *Pulmones horum pectinati ut Piſcium, ſed adnati vaſi arcuato cylindrico ſubuloſo, absque radio oſſeo, nec piſcium ſimili, niſi externa figura.*

tis, Oſſaque cartilaginea, cætera. Neque hi omnes Toxico expertes, teſte Paſtinaca, Torpedine.

Amphibiologi omnium pauciſſimi ſunt, nullique veri.

Seba numero ſtupendo ſibi ignota pulchre collegit & delineavit, ſed multiplicavit, minimeque deſcripſit. *Catesbæus* nec paucos Serpentes pulchrius delineavit, quam notavit.

GENERUM Characteres.

I. REPTILES pedati, ſpirantes ore:

103. Testudo *Corpus Teſta munitum.*
104. Draco *Corpus Alis volatile.*
105. Lacerta *Corpus (Teſta Aliſve) nudum, caudatum.*
106. Rana *Corpus ſimiliter nudum, ecaudatum.*

II. SERPENTES apodes, ſpirantes ore:

107. Crotalus *Scuta Abdominalia Caudaliaque cum Crepitaculo.*
108. Boa *Scuta Abdominalia Caudaliaque absque Crepitaculo.*
109. Coluber *Scuta Abdominalia; Squamæ Caudales.*
110. Anguis *Squamæ Abdominales Caudalesque.*
111. Amphisbasnae *Annuli Abdominales Caudalesque.*
112. Caecilia *Rugæ nudæ laterales.*

III. NANTES pinnati, ſpirantes lateribus:

113. Petromyzon *Spiracula* 7.
114. Raja *Spiracula* 5 *ſubtus. Corpus depreſſum.*
115. Squalus *Spiracula* 5 *lateralia. Corpus teres.*
116. Chimaera *Spiraculum* 1. *Dentes primores inciſores* 2.
117. Lophius *Spiraculum* 1. *Pinnæ pectorales brachio inſertæ.*
118. Acipenser *Spiraculum* 1. *Os retractile.*

Ordo I.

Ordo I.

REPTILIA.

Os *reſpirans.* Pedes *quatuor.*

103. TESTUDO. (†) *Corpus* tetrapodum, caudatum, teſta obductum.

1. T. pedibus pinniformibus, unguibus palmarum binis plantarum ſolitariis, teſta ovata. *Haſt. Amph. Gyllenb. n.* 22. *Grew muſ.* 38. *t.* 3. *f.* 4. *Olear. muſ. t.* 17. *f.* 1. *Bradley. nat. t.* 4. *f.* 4.
   β. Seb. muſ. 1. *t.* 80. *f.* 9. *Marcgr. braſ.* 241. *Haſt. Amph. Gyllenb. n.* 21.
   γ. Seb. muſ. 1. *t.* 79. *f.* 4, 5, 6. *Balk. muſ. princ. n.* 7.
   Habitat ad inſulas Pelagi: Ova *membranacea noctu in arena calcarea rotunda defodit.* Caro *videſcens, eſculenta: reſupinata in mare dormiens natat: incedit tot hominibus, quot ei inſiſtant. In terra reſupinata non erigitur. Teſta olim pro ſcutis, fornicibus.*
2. T. pedibus pinniformibus unguibus palmarum plantarumque binis, teſta ovata acute ſerrata. *Gron. muſ.* 2. *p.* 85. *n.* 69. *Catesb. car.* 2. *t.* 39.
3. T. pedibus palmatis, teſta orbiculata planiuſcula. T. aquarum dulcium. *Raj. Quadr.* 254. Teſta *parva integerrima orbiculata, nec antice, nec poſtice emarginata.* Sternum *poſtice bifidum.* Pedum *digiti membrana connexi in plantam orbiculatam.*
4. T. teſta planiuſcula, ſcutellis omnibus intermediis dorſatis. Corpus & teſtæ *latera ſubtus albo nigroque varia:* Sternum *antice truncatum.*
5. T. pedibus ſubpalmatis, cauda corpore dimidio breviore, teſta convexa poſtice tribus ſcutellis carinata. *Haſt. Amph. Gyllenb. n.* 23. Palmæ *magis palmatæ,* Plantæ *minus;* Sternum *poſtice truncatum.*
6. T. pedibus ſubdigitatis, teſta gibba margine laterali obtuſiſſimo, ſcutellis planiuſculis. *Edw. av. t.* 204. Corpus *caudatum,* Palmis *unguibus* 5, Plantis *vero* 4.
7. T. pedibus digitatis teſta gibba, cauda nulla. *Edw. av. t.* 205. Palmæ *pentadactylæ,* Plantæ *tetradactylæ.*
8. T. pedibus digitatis, teſta gibboſa, ſcutellis dorſalibus quatuor anterioribus carinatis, ſterno integro.
9. T. pedibus poſticis palmatis, teſtæ ſcutellis elevatis truncatis. *Seb. muſ.* 1. *t.* 10. *f.* 8. *Haſt. Amph. Gyllenb. n.* 24. Teſta *nigra ſcutellis flavis radios flavos anaſtomoſantes emittentibus.*
10. T. teſta hemiſphærica, ſcutellis convexis, tapeziis margine ſtriatis, diſco punctatis. *Grew. muſ. t.* 3. *f.* 3.
11. T. pedibus digitatis, teſta ſubconvexa poſtice obtuſa acute quinque dentata.

104. DRA-

(†) *Teſtudines abſciſſo capite ſæpe* 14 *dies vivunt, hyeme in frigidioribus hybernant terreſtres. Nullum animal Teſtudine tardius: copula cohærent ſæpe per menſem. Teſtudinibus pedum digiti antici* 5. *poſtici* 4, *totidem unguibus, exceptis marinis pinniformibus pedibus. Scuta teſtæ numero ſæpe conveniunt, unde Diagnoſis ſpecierum difficillima.*

104. DRACO. (*) *Corpus* tetrapodum, caudatum, alatum.

1. Draco. *Gron. muſ.* 2. *p.* 73. *n.* 46. *Haſt. Amb. Gyllenb. n.* 12.

105. LACERTA. *Corpus* tetrapodum, caudatum nudum.

α. Cauda compreſſa.

1. L. cauda compreſſa, pedibus 3ungulatis, palmis 5dactylis, plantis 4dactylis palmatis. Crocodylus. *Gron. muſ.* 2. *p.* 74. *n.* 47. *Ova* 100. *deponit, effodiuntur ab Ichneumone, avicula: excluſos pullos mater in tergum provocat, ad aquas ducit, deciduos mas feminaque ingurgitant, ſub aqua vorat; in catenam adſociati aquatilia exagitant.* *Leviathan Jobi* 40: 20; 41. 24. *Fugientibus atrox; edocti dorſo ipſius inſiliunt, regunt.*
2. L. cauda compreſſo-plana pinnatifida, pedibus palmatis. *Fevill. peruv.* 2. *t.* 319. *Seb. muſ.* 2. *t.* 62. *f.* 9.
3. L. cauda carinata, dorſo ſuperciliisque ciliatis. *Muſ Ad. Frid.* 1. *p.* 40. *Seb. muſ.* 1. *t.* 109. *f.* 4.
4. L. cauda ſubcompreſſa mediocri, ſutura dorſali dentata, occipite bimucronato. *Seb. muſ.* 1. *t.* 109 *f.* 3.
5. L. cauda carinata, corpore mutico. *Muſ. Ad. fr.* 1. *p* 41. *Seb. m.* 2. *t.* 86. *f.* 2: *t.* 105. *f.* 1. Corpus *maculis albis ocellatis verticillatum. Faſciæ abdominis albi lineares interruptæ.*
6. L. cauda ſubcarinata, criſta gulæ integerrima, dorſo lævi. *Balk. muſ. princ. n.* 11.
7. L. cauda compreſſa ſupra bicarinata mediocri, dorſo quadrifariam carinato-ſtriato. *Parva, griſea.* Dorſum *ſtriis* 2 *elevatis, & latera ſquamis convexo tuberculatis.* Abdomen 24 *ordinibus transverſalibus ſquamarum* (in ſingulo 6) *tectum;* Cauda *corpore vix ſeſquilongior, compreſſa, ſubtus ſtriata; lateribus lævis, ſupra duplici carina angulata.* Criſta *nulla.*
8. L. cauda ancipiti mediocri, pedibus muticis fiſſis palmis tetradactylis. *fn. Suec.* 256. Salamandra *Gronov. muſ.* 2. *p.* 77. *n.* 51.

β. Cauda verticillata.

9. L. cauda verticillata brevi; ſquamis denticulatis corpore lævigato. Cordylus. *Gronov. Muſ.* 2. *p.* 79. *n.* 55. Corpus *ſquamis truncatis verticillatum.*
10. L. cauda verticillata mediocri; ſquamis denticulatis, capite corporeque muricato. *Seb. muſ.* 2. *t* 8. *f.* 7. *Tourn. it.* 1. *p.* 119. *t.* 120.
11. L. cauda ſubverticillata brevi muricata apice lævi, corpore ſupra muricato. pedibus ſubtus ſquamatis. Corpus *habitu & figura L. Gecko n.* 21, *ſed luridum & ad latera capitis, ſupra collum, dorſum, femora, verrucoſum mucronibus.* Cauda *corpore brevior, a baſi ad medium ſpinis ſexfariam muricata; inde ad apicem lævis:* Digiti *pedum omnino ut in Gecko ſubtus lamelloſo ſquamati, unguibus minimis: ſubtus totum corpus læve, ſquamis minimis.*
12. L. cauda verticillata brevi, ſquamis mucronatis. *Seb. muſ.* 2. *t.* 62. *f.* 6.

13.

(*) *Dracone omnes reliqui fabuloſi ſunt, ut* Hydra, *Seb. muſ.* 1. *t.* 102. *f.* 1. *Hamburgi a nobis viſa, non naturæ, ſed artis opus eximium.*

13. L. cauda ſubverticillata mediocri, corpore griſeo ſubverrucoſo. *Edw. av. t.* 204. Cauda *vix corpore longior, obſolete verticillata.* Corpus *parvum, griſeum punctis fuſcis irroratum, inæquale, & quaſi verrucis obſoletis adſperſum.*

14. L. cauda verticillata longa, ſcutis abdominis triginta, collari ſubtus ruga duplici. *Gron. Muſ.* 2. *p.* 80, *n.* 56. *Balk. muſ.* 2. *princ. n.* 19.

15. L. cauda verticillata longiuſcula, ſquamis acutis, collari ſubtus ſquamis conſtructo. *fn. Suec.* 1352. *Gron. muſ* 2. *p.* 80. *n.* 57. *Variat in β.* Lacertus viridis. *Raj. quadr.* 264. *Seb. muſ.* 2. *t.* 4. *f.* 4, 5. *Auſtrali Europa colore viridi. Indica pulcrius colorata.* Femora *poſtica ſubtus linea e punctis calloſis notata.*

16. L. cauda verticillata longiuſcula, corpore lineis utrinque duabus flavis. *Mauritanica.* Corpus *vix digito longius, ſupra fuſcum, ſubtus flaveſcens.* Squamæ *dorſales carinatæ, acutiores. Linea utraque flava dorſum incindit, & alia utrinque abdomen diſtinguit a lateribus.*

17. L. cauda verticillata longa, ſutura laterali reflexa, ſquamis quadratis. *Balk. muſ. princ. n.* 20. Pedes *breves remotiſſimi, curſorii;* Abdomen *planum.*

18. L. cauda hexagona longa, ſquamis carinatis mucronatis. *Parva,* Dorſo *fuſco.* Squamæ *omnes exceptis abdominalibus mucronatæ, valde carinatæ.* Caput *nudum, rugis variis elevatis; poſtice ubi ſquamæ colli incipiunt, quaſi truncatum & annexum; ſub* Gula *ſquamæ* 2, *magnæ, rotundæ.* Cauda *corpore ſeſquilongior, hexagona, valde angulata.*

γ. Cauda tereti imbricata, corpore breviore.

19. L. cauda tereti brevi incurva, digitis duobus tribusque coadunatis. Chamæleon *Gron. Muſ.* 2. *p.* 76. *n.* 50. *Variat vertice plano & carinato. Intumeſcit, detumeſcitque lente Corpus.* Oculi *tecti, Pupilla nuda aurata fulgentiſſimi.* Inceſſus *tardus pedibus oppoſite anomalis caudaque ſcandente.* Lingua *lumbriciformis longiſſima, muſcicapa.* Colores *mutat in calidis: noctu vigil.*

20. L. cauda tereti brevi, digitis muticis, corpore poroſo nudo. *Amph. Gyllenb. n.* 17. *Seb. Muſ.* 2. *t.* 12. *f.* 5. Corpus *nudum absque ſquamis, poris pertuſum. Ferebatur antiquitus in igne vivere ſed expertus Bartholinus; Oleum e poris exſudans pro pſilotro habetur.*

21. L. cauda tereti mediocri, digitis ſubtus imbricatis, corpore verrucoſo. Salamandra *Gron. Muſ.* 2. *p.* 78. *n.* 53. Gecko. *Habitat in Indiis, frequens etiam in domibus. Pedibus exhalat venenum in eſculentis (an Urina?) Haſſelq. Manſueta; homo aſylum.*

22. L. cauda tereti mediocri apice compreſſa, digitis muticis marginatis. *Gron. Muſ.* 2. *p.* 76. *n.* 49. *Haſſelq. Act. Upſ.* 1750. *p.* 30. Scincus. *Corpus officinale pro aphrodiſiaco.*

23. L. cauda tereti mediocri, vertice trimuricato. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 109. *f.* 6. *t.* 83. *f.* 1, 2.

24. L. cauda tereti brevi, trunco ſubgloboſo ſupra muricato. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 83. *f.* 1, 2.

25. L. cauda tereti mediocri, palmis tetradactylis, pedibus muticis. *fn. Suec.* 254.

26. L. cauda teretiuſcula mediocri, pedibus muticis fiſſis, palmis 4dactylis. *fn. Suec.* 257. *Gron. Muſ.* 2. *p.* 78. *n.* 52. *Utrum hæc diſtincta Species vel larva prioris nondum rite perſpectum habeo.*

δ. Cauda tereti imbricata, corpore longiore.

27. L. cauda tereti longa, pinna dorſi radiata, occipite criſtato. *Seb. m.* 1. *t.* 100. *f.* 1.

28. L. cauda tereti longa, ſutura dorſali dentata, criſta gulæ denticulata. *Gron. Muſ.* 2. *p.* 82. *n.* 60. *Catesb. car.* 2. *t.* 64. *Capitur linea laqueari. Caro omnium ſapidiſſima, ſiphiliticis noxia.*

29. L. cauda tereti longa, dorſo antice capiteque poſtice dentato. *Balk. m. princ. n.* 15. Corpus *cæruleum ſquamis acutis, ſubtus ſtriatum; ſpinæ dorſi lamellatæ.*

30. L. cauda tereti longa, collo ſupra capiteque poſtice aculeato. *Balk. m. pr. n.* 14. Color *corporis pallidus.* Abdomen *minime ſtriatum.*

31. L. cauda tereti longa, nucha ſubcriſtata, occipite calloſo, dorſo ſtriato. *Plica profunda ſub gula. Color corporis nebuloſus.*

32. L. cauda tereti longa, occipite calloſo, palpebris ſupra excoriatis, collo lateribus verrucoſo, ſubtus plicato. Corpus *præter caudam vix digito majus, in meo ſpecimine, tectum undique ſquamis conicis (velut chagrin.)* Occiput *calloſum* & Supercilia *ſubcrenata, ſupra excoriata cicatrice membranacea transverſe in 3 partes ſulco diſtincta. Pone aures ad latera capitis & colli verrucæ 2 muricatæ.* Collum *ſubtus duplici plica. Dorſi ſutura majoribus ſquamis antice quaſi crenata.* Ruga *elevata a collo ſupra a brachia excurrit utrinque & in medio trunci deflectitur.* Cauda *teres, tecta ſquamis minutiſſimis, vix manifeſte verticillata, corpore duplo longior.* Digiti *longi, ſubtus ſquamis acutioribus ſcabri.* Ungues *compreſſi.*

33. L. cauda tereti longa, gula ſubcriſtata antice dentata, dorſo lævi. *Amph. Gyll. n.* 15. *Seb. Muſ.* 2. *t.* 76. *f.* 4. *Hiſpanica.* Corpus *compreſſum;* Cauda *ſtriata.*

34. L. cauda tereti longa, veſica gulari. *Catesb. car.* 2. *t.* 66. *Jamaicenſis. Parva corpore viridi, ſub gula globus ruber veſicularis retractilis.*

35. L. cauda tereti longa, pectore gibbo protenſo. *Seb. Muſ.* 2. *t.* 20. *f.* 4. Pectus *ſeu* Sternum *antice prominet in mucronem obtuſum.*

36. L. cauda tereti longa, ſutura laterali plicata. *Amph. Gyllenb. n.* 14. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 96. *f.* 1. Collum *ſubtus triplici plica.*

37. L. cauda tereti longiuſcula, ſquamis rotundatis glabris, lateribus ſubfuſcis. *Gron. Muſ.* 2. *p.* 75. *n.* 48. *Viva colore auri pulcherrime nitet.* Corpus *teres quaſi pingue.* Aures *concavæ.*

38. L. cauda tereti longa, dorſo lineis duabus flavis; punctis nigris interſperſis. *Seb. m.* 2. *t.* 2. *f.* 9. *Lineæ 2 flaveſcentes includunt dorſum & a lateribus illud & diſtinguunt.*

39. L. cauda tereti longa, dorſo lineis octo ſtriatis. *Seb. theſ.* 1. *t.* 92. *f.* 4. *Multum affinis Lacertæ n.* 15.

40. L. cauda tereti longiuſcula, dorſo bruneo lineis 5 flaveſcentibus. *Catesb. car.* 2. *t.* 67. *Petiv. Gaz. t.* 1. *f.* 1.

41. L. cauda tereti longa, palmis tetradactylis, corpore lineis 4 flavis. *Seb. m.* 2. *t.* 41. *f.* 6.

42. L. cauda tereti longa, pedibus tridactylis. Lacerta Chalcidica. *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 35. *t.* 36. *Aldr. quadr. ov.* 638. *Media inter Lacertas & Angues, ſed auribus inſtructa.*

43. L. cauda extremo rigidiuſcula, corpore ſtriato, pedibus pinniformibus †. Vermis Serpentiformis ex Africa. *Seb. Muſ.* 2. *t.* 68. *f.* 7, 8. *Mihi non viſa.*

106. RANA. (†) *Corpus* tetrapodum, nudum, ecaudatum.

1. R. digitis anticis muticis quadridentatis, poſticis unguiculatis. *Gron. Muſ.* 2. *p.* 84. *n.* 64. Pipa. *Pullos e dorſo nidulantes excludit.*

2.

(†) *Palmæ in plerisque* Ranæ *ſpeciebus fiſſæ, tetradactylæ, plantæque palmatæ, rarius vero obſcure hexadactylæ.*

Penes *ranarum an Verrucæ pollicis palmarum? Penis enim uterque in Teſtudine ad lumbos femorum, in Serpentibus ad anum: Ova Ranarum plane nuda ſunt.* Ranæ Aquaticæ *oviparæ ſubeunt Metamorphoſin.*

2. R. corpore ventricoſo verrucoſo lurido fuſcoque. *fn. Suec.* 253. Bufo ſ. Rubetra. Verrucæ *lacteſcentes venenatæ infuſo, tactu, halitu. Delectatur Cotula, Actæa, Stachyde fœtidis. Vivipara. Mare ut fertur obſtetricante. Inſecta in fauces faſcino revocat; nocturna; fodiens.*
3. R. corpore verrucoſo, ano obtuſo ſubtus punctato. *Syſt. nat. Ed.* 9 *g.* 94. *n.* 5.
4. R. corpore ovato-convexo: vitta longitudinali, cinereoque dentata, pedibus fiſſis. *Balk. Muſ. princ. n.* 10.
5. R. corpore verrucoſo, abdomine albo nigro-maculato, plica gulari. *Bufoni ſimilis ſed parva, nigra, ſupra undique punctis exaſperata, ſubtus albo nigroque varia.* Pedes *mutici.* Palmis 4*dactylis fiſſis*, Plantis 5*dactylis palmatis.* Ruga *transverſa ſub collo.*
6. R. ore ſemiovato, jugulo prominulo. *Muſ. ad Frid.* 1. *p.* 48.
7. R. ſcapulis gibboſis, clunibus nodoſis. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 76. *f.* 1. Palmæ 4*dactylæ fiſſæ*, Plantæ *pentadactylæ ſubfiſſæ.*
8. R. auricularibus lobis ovatis. Dorſum *rugis* 4 *longitudinalibus, punctis elevatis maculisque nigris.* Pedes *mutici.* Palmæ 4*dactylæ fiſſæ.* Plantæ 5*dactylæ palmatæ;* Digitis *anguſtis; ſecundo longiſſimo, absque unguibus orbiculatis.*
9. R. auribus ocellatis, pedibus muticis. *Browne jam.* 466. *t.* 41. *f.* 4. *Ad aures macula ocellaris utrinque.* Palmæ 4*dactylæ, fiſſæ.* Plantæ 4*dactylæ, ſubpalmatæ.*
10. R. palpebris conicis. Bufo cornutus. *Seb. theſ.* 1. *t.* 72. *f.* 1, 2. *Adſpectu horrenda; Virginica.*
11. R. lateribus marginatis, corpore lævi, plantis fiſſis. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 47.
12. R. femoribus poſtice oblique ſtriatis. Rana piſcis. *Seb. m.* 1. *t.* 78. *f. omnes.*
13. R. dorſo planiusculo, ſubangulato. *fn. Suec.* 250. Rana aquatica. *Gesn. ov.* 46. *Aldr. ovip.* 89. *Raj. quadr.* 247. *Bradl. nat. t.* 21. *f.* 1. *Vere aquatica, æſtate terreſtris, victitat Culicibus. Devoratur ab Anatibus, Ardeis. Corde licet exempto ſalit.*
14. R. corpore angulato transverſe gibbo, abdomine marginato. *Roeſ. ran.* 51. *t.* 13. *Habitat in Europæ fontibus. Viridis lineis* 3 *flavis; intermedia ab ore ad anum ducta.* Dorſum *transverſe gibboſo-diffractum.* Pedes *poſtici palmati.* Mas *auribus globoſo-inflatis. Cantu veſpertino frequentiore prædicit pluviam.*
15. R. dorſo angulato transverſe gibbo, abdomine faſcia replicata inguinali intercepto. Rana gibboſa 4, 5. *Gesn. piſc.* 809. *Europea. Sonus campanarum boatum e longinquo imitatur.*
16. R. corpore lævi: ſubtus punctis contiguis tuberculato, pedibus fiſſis, unguibus orbiculato-dilatatis. *Amph. Gyllenb. n.* 20. *Gron. Muſ.* 2. *p.* 84. *n.* 63.
   ß. Rana. *Balk. Muſ. princ. n.* 9.
17. R. corpore lævi, ſubtus punctis contiguis, pedibus palmatis, plantis 5dactylis, palmis 4dactylis, unguibus orbiculato-dilatatis. *Balk. Muſ. princ. n.* 8. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 71. *f.* 3, 4. *Simillima Ranæ n.* 16. *ſed* Pedes *omnes palmati, &* Corpus *album magnum, maculis etiam lacteis, modo hæc ſufficiant pro ſpecie diſtinguenda.*

Ordo 2.

Ordo 2.

SERPENTIA.

Os *reſpirans*. Pedes Pinnæve *nullæ*.

107. CROTALUS. *Scuta* abdominalia. *Scuta Squamæque* caudales. *Crepitaculum* terminale caudæ.

		Scut. Scut. caud.	
192 ♂	Horridus	167 - 23 2	*Seb. Muſ.* 2. *t.* 95. *f.* 1. *Bradl. nat. t.* 9. *f.* 1. *Venenatiſſimus. Antidotum Senega*; *a Sue conſumitur. Aves Sciurosque ex arboribus in fauces revocat.*
195 ♂	Dryinas	165 - 30	*Balk. Muſ. princ. n.* 24. *exalbidus maculis flaveſcentibus paucis.*
196 ♂	Duriſſus	172 - 21 3	*Sur. Grill. n.* 17. *Gron. Muſ.* 2. *p.* 70. *n.* 45. *Albo flavoque varius maculis rhombeis nigris diſco albis.*

108. BOA. *Scuta* abdominalia. *Scuta* ſubcaudalia (absque crepitaculo).

	Scut. Scutell. caud.	
276 Scytale	250 - 26	*Gron. Muſ.* 2. *p.* 55. *n.* 10. *Color ex albo nigroque annulatus. Squamæ capitis majores.*
280 Canina	203 - 77	*Seb. Muſ.* 2. *t.* 96. *f.* 2. *t.* 81. *f.* 1. *Viridis faſciis albis interruptis*: *Adoratur ab Americanis.*
299 Hypnale	179 - 120	*Seb. Muſ.* 2. *t* 34. *f.* 2. *Griſeo-flaveſcente varius.*
200 Conſtrictor	240 - 60	*Sur. Grill. n.* 16. *f.* 3. *Gron. Muſ.* 2. *p.* 69. *n.* 43.
319 Murina	254 - 65	*Gron. Muſ.* 2. *p.* 70. *n.* 44. *Seb. Muſ.* 2. *t.* 29. *f.* 1. *Rufus maculis ſupra rotundatis.*
322 Cenchria	265 - 57	*Flaveſcens ocellis albidis, iride griſea.*
345 Orophias	281 - 64	*Facie* Boae 200 Conſtrictoris, *ſed fuſcus.*
375 Enydris	270 - 105	*Variegatus colore griſeo; Dentes inferiores longi.*
418 Hortulana.	290 - 128	*Muſ. Ad. fr.* 1. *p.* 37. *Seb. Muſ.* 2. *t.* 84. *f.* 1. & *t.* 74. *f.* 1. *Pallida maculis lividis cuneiformibus. Caput areolis luteis horti inſtar.*

109. CO-

Telo venenato *reflexili armatos ſigno* ♂ *notavi.* Color *in ſerpentibus plurimum variat ut nunquam ex colore ipſis fidendum.*

109. COLUBER. *Scuta* abdominalia. *Squamæ* caudales.

	Scut.	Squam.	
140 ♂ Vipera (*)	118 -	22	*Haſſelq. Act. Upſ.* 1750. *p.* 24. *Habitat in Ægypto. Breviſſima, capite gibbo, ſquamis minutis Officinalis hæc Vipera eſt Ægyptiorum nec* Berus 183.
153 ♂ Atropos	131 -	22	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 22. *t.* 13. *f.* 1. *Canus, ocellis fuſcis, iride alba.*
160 ♂ Leberis	110 -	50	*Faſciæ lineares nigræ. Habitat in Canada.*
161 Lutrix	134 -	27	*Habitat in Indiis. Dorſum & Abdomen flava, latera cærulea.*
162 Calamarius	140 -	2	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 23. *t.* 6. *f.* 3. *Lividus faſciis punctisque linearibus fuſcis, ſubtus fuſco-teſſulatus.*
170 Conſtrictor	140 -	40	*Maxillæ apex ſimus triqueter. Adoritur homines circum pedes ſeſe convolvens, ſed innocuus: Habitat in Canada.*
174 ♂ Ammodytes	142 -	32	*Surin. Grill. n.* 25. *f.* 2. *Naſus terminatus verruca erecta.*
175 Ceraſtis	150 -	25	*Haſſelq. act. Upſ.* 1750. *n.* 27. *Squamæ capitis omnes parvæ rotundatæ. Dens mollis erit e palpebra ſuperiore.*
177 Plicatilis	131 -	46	*Balk. Muſ. princ. n.* 26. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 57. *f.* 5. *Lividus lateribus fuſcis: ſubtus punctis triplici ordine fuſcis.*
178 Domicella	118 -	60	*Amph. Gyllenb. n.* 5. *Seb. Muſ.* 2. *t.* 54. *f.* 1. *Albus faſciis nigricantibus, ſubtus concurrentibus.*
179 Alidras	121 -	58	*Totus albus.*
180 Buccatus	107 -	72	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 29. *t.* 19. *f.* 3. *Fuſcus faſciis albis. Caput album: fuſcis punctis* 2 *verticis & triangulo ſupra nares.*
181 Angulatus	120 -	60	*Amph. Gyllenb. n* 7. *Seb. Muſ.* 2. *t.* 12. *f.* 3. *Griſeo-fuſcus faſciis nigris.*
183 ♂ Berus	146 -	39	*fn. Suec.* 260.
184 ♂ Cherſea	150 -	34	*fn. Suec.* 261. *Act. Stockh.* 1749. *p.* 246. *t.* 6. *Habitat in Sueciæ depreſſis; Venatiſſimus & morſu ſæpius lethalis in Suecia, an ſatis diverſus ab* Aſpide, *licet apud nos minor?*

189

(*) Vipera Cornuta *Haſſelq. Act. Upſ.* 1750. *p.* 27. *eſt fictitius Coluber aſtu Arabum, qui unguibus aviculæ pertuſerunt caput eidemque inſeruerunt.*

Colubri ſquamæ caudales *numerantur longitudinales ſ. per paria, quamvis alternæ, cum duæ ſeſe habeant, ut unicum ſcutum ſub abdomine.*

Serpentes noſtrates hybernant & primo vere exeuntes exuvias *ſ.* ſenectutem *exuunt. Serpentes prædam, collo duplo craſſiorem ſæpe ingurgitant ob maxillas dilatabiles nec articulatas.*

189 Cæruleus	165 - 24	*Balk. Muſ. princ. n.* 31. *Seb. Muſ.* 2. *t.* 13. *f.* 3. *Cæruleſcens* ſquamis altero latere albis; ſubtus albus.
190 Albus	170 - 20	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 24. *t.* 14. *f.* 2. *Albus immaculatus.*
192 ♂ Aſpis	146 - 46	*Habitat in Gallia. Rufus maculis dorſalibus fuſcis, alternis confluentibus in vittam; ſimilis Cherſeæ* 384 *ſed major.*
193 Typhlus	140 - 53	*Habitat in Indiis. Cæruleſcens.*
201 ♂ Lebetinus	155 - 56	*Habitat in Oriente. Subnebulatus, ſubtus punctis fuſcis.*
202 Melanocephalus.	140 - 62	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 24. *t.* 15. *f.* 2. *Fuſcus, glaberrimus, capite atro.*
204 Cobella	150 - 54	*Surin. Grill. n.* 14. *Gron. Muſ.* 2. *p.* 65. *n.* 32. *Cinereus adſperſus lineolis obliquis albis. Macula obliqua plumbea pone ſingulos oculos.*
207 Regina	137 - 70	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 24. *t.* 13. *f.* 3. *Fuſcus abdomine albo nigroque vario.*
212 ♂ Severus	170 - 42	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 25. *t.* 8. *f.* 1. *Seb. Muſ.* 2. *t.* 54. *f.* 4. *Cinereus faſciis albis. Faſcia cinerea inter oculos & pone nares.*
216 Aurora	179 - 37	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 25. *t.* 19. *f.* 1. *Seb. Muſ.* 2. *t.* 78. *f.* 3. *Lividus dorſo flavo.*
217 Sipedon	144 - 73	*Habitat in America Septentrionali. Fuſcus.*
218 Maurus	152 66	*Habitat Algiriæ. Corpus ſupra fuſcum, lineis dorſalibus duabus; ſubtus atrum; a lineis dorſalibus ad abdomen utrinque faſciæ plures nigrae.*
219 ♂ Stolatus	143 - 76	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 26. *t.* 22. *f.* 1. *Seb. Muſ.* 2. *t.* 9. *f.* 1. *Griſeus vittis* 2 *albis. Scuta utrinque puncto nigro.*
220 Vittatus	142 - 78	*Balk. Muſ. Princ. n.* 27. *Gron. Muſ.* 2. *p.* 65. *n.* 31. *Scuta margine Fuſca. Vitta alba dentata ſub cauda.*
221 Miliaris	162 - 59	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 27. *Fuſcus: ſquamis macula alba; ſubtus albus.*
227 Rhombeatus	157 - 70	*Muſ. Ad. Frid. p.* 27. *t.* 24. *f.* 2. *Cæruleſcens maculis nigris medio cæruleis rhombeis.*
229 Cyaneus	119 - 100	*Surin. Grill. n.* 10. *Seb. Muſ.* 2. *t.* 43. *f.* 2. *Saturate cæruleus, habitu* 313 *Abetullæ, ſubtus virens.*
230 Natrix	170 - 60	*Fn Suec.* 259. *Gron. Muſ.* 2. *p.* 63. *n.* 27. *Niger macula alba utrinque ad collum.*
233 Aeſculapii	190 - 43	*Surin. Grill. n.* 15. *Gron. Muſ.* 2. *p.* 59. *n.* 18. *faſciæ albæ nigræque, hæ linea annulove albo dimidiatæ.*
234 Agilis	184 - 50	*Balk. Muſ. princ. n.* 33. *Faſciæ fuſcæ albæque.*
235 ♂ Lacteus	203 - 32	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 28. *t.* 18. *f.* 1. *Albus maculis geminatis atris. Vertex ater linea longitudinali alba.*
244 Aulicus	184 - 60	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 29. *t.* 12. *f.* 2. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 91. *f.* 5. *Griſeus faſciis albis latere bifurcatis. Vertex albus.*
246 Monilis	164 - 82	*Habitat in America. Corpus annulatum, monile punctis* 3 *albis a tergo.*
251 Pallidus	156 - 96	*Surin. Grill. n.* 11. *Pallidus maculis griſeis vagis punctiſque fuſcis. Lineolæ binæ interruptæ laterales nigricantes.*

252	Lineatus	169- 84	*Seb. muſ.* 2. *t.* 12. *f.* 3. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 30. *t.* 12. *f.* 1: *t.* 20. *f.* 1. *Cæruleſcens vittis linearibus* 4 *fuſcis.*
253	♂ Naja	193- 60	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 30. *t.* 21. *f.* 1. *Seb.* 2. *t.* 90. *f.* 1, 2. *Kæmph. amæn.* 567. *Colli latera dilatata in membranam ſupra pictam perſpicillis albis. Omnium venenatiſſimus; Antidotum Ophiorhiza, ab Ichneumone occiditur.*
254	Padera	198- 56	*Habitat in Indiis. macularum fuſcarum multa paria ſecundum dorſum connexa lineola; totidemque ſimplices maculæ ad latera.*
258	Canus	188- 70	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 31. *t.* 11. *f.* 1. *Canus faſciis ſubfuſcis, ad latera puncta* 2 *nivea.*
260	Sibilans	160-100	*Balk. Muſ. princ. n.* 30. *Cæruleſcens vittis nigris, ſubtus albus.*
262	Laticaudatus	220- 42	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 31. *t.* 10. *f.* 1. *Cinereus faſciis fuſcis. Cauda obtuſa compreſſo-anceps.*
262	Sirtalis	150-114	*Habitat in Canada. Vittæ tres viridi-cæruleſcentes in corpore fuſco tenui ſtriato.*
263	♂ Atrox	196- 69	*Balk. Muſ. princ. n.* 35. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 43. *f.* 5. *Canus ſquamis carinatis. Caput depreſſum, compreſſum, angulatum ſquamis minimis.*
264	Sibon	180- 85	*Balk. Muſ. princ. n.* 32. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 14. *f.* 4. *Fuſco-ferrugineus albo adſperſus; ſubtus albus maculis fuſcis.*
265	Nebulatus	185- 81	*Catesb. car.* 2. *t.* 42? *Fuſco cinereoque nebulatus, ſubtus albo fuſcoque varius; Adſcendit tibias & ſtringit.*
266	Fuſcus	149-117	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 32. *t.* 17. *f.* 1. *Seb. Muſ.* 2. *t.* 54. *f.* 2. *Cinereo-fuſcus; habitu* 313 *Abætullæ. Pone oculos macula oblonga fuſca.*
267	Saturninus	147-120	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 32. *t.* 9. *f.* 1. *Lividus cinereo-nebuloſus. Oculi magni.*
270	Candidus	220- 50	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 33. *t.* 7. *f.* 1. *Albicans faſciis fuſcis.*
271	♂ Niveus	209-62	*Seb. Muſ.* 2. *t.* 15. *f.* 1. *Albus immaculatus.*
272	Scaber	228- 44	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 36. *t.* 10. *f.* 1. *fuſco nigroque nebulatus, ſquamis carinatis. Vertex macula nigra poſtice bifida.*
273	Carinatus	157-115	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 31. *Plumbeus, ſquamis margine pallidis, ſubtus albus. Dorſum carinatum.*
275	♂ Corallinus	82	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 33. *Seb. muſ.* 2. *t.* 17. *f.* 1. *Glaucus vittis* 3 *fuſcis, ſquamis diſtantibus; ſubtus pallidus punctis canis.*
276	Ovivorus	203- 73	*Piſo. Braſ.* 279. Guinpuaguara.
279	Exoletus	147-132	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p* 34. *t.* 10. *f.* 2. *Cinereo-cæruleſcens habitu; Abætullæ* 313.
281	Situla	236- 45	*Habitat in Aegypto. Griſeus vittis duabus nigris.*
282	Triſcalis	195- 86	*Habitat in Indiis. Corpus glaucum. Lineolæ longitudinales* 3 *fuſcæ ad nucham conjunctæ, quarum media ſupra anum deſinit. Inſupor in ſingulo latere linea fuſca cum prioribus duabus excurrens ad apicem caudæ. Caudâ* $\frac{1}{5}$

285

285 Lemniſcatus	250- 37	*Surin. grill. n. 9. Seb. muſ. 1. t. 10. f. ult. 2. t. 76. f. 3. Faſciæ albæ nigræque, hæ annulis duabus ſæpe interruptæ. Corpus glaberrimum.*
286 Annulatus	190- 96	*Balk. muſ. princ. n. 34. Seb. m. 2. t. 38. f. 2. Albus maculis alternis fuſcis rotundis, paſſim confluentibus*
287 ♂ Dipſas	152-135	*Balk. muſ. princ. n. 29. Gron. muſ. 2. p. 64. n. 30. Cæruleſcens ſquamis margine albidis. Cauda ſubtus ſutura cæruleſcente.*
290 Pelias	187-103	*Fuſcus pone oculos & verticem, reliqua nigro duplicata. Abdomen viride, utrinque linea flava. Habitat in Indiis.*
293 Tyria	210- 83	*Habitat in Aegypto. Albidus triplici ordine longitudinali macularum rhombearum fuſcarum.*
297 Jugularis	295-102	*Habitat in Aegypto. Niger jugulo ſanguinolento.*
299 Petola	209- 90	*Surin. Grill. n. 13. Gron. muſ. 2. p. 57. n. 13. Plumbeus faſciis teſtaceis.*
307 Molurus	248- 59	*Similis Boæ, ſed ſcuta & ſquamae capitis majores ut in Colubris.*
313 Ahætulla	163-150	*Surin. Grill. n. 12. Gron. Muſ. 2. p. 61. n. 24. Viridi-aureus ſquamis apice nigris faſcia nigra trans oculos.*
314 Petolarius	212-102	*Muſ. Ad. Frid. 1. p. 35. t. 9. f. 2. Fuſcus faſciis albis, ſubtus pallidus.*
316 Haje	207-109	*Habitat in Aegypto inferiore. Maximus, ater faſciis obliquis & ſquamis dimidiato albis.*
323 Filiformis	165-158	*Muſ. Ad. Frid. p. 36. t. 17. f. 2. Niger, anguſtiſſimus, ſubtus albus. Caput corpore craſſius.*
325 Pullatus	217-108	*Balk. Muſ. princ. n. 25. Gron. Muſ. 2. p. 56. n. 12. Faſciæ atræ punctis albis. Tempora nivea maculis atris.*
326 Hippocrepis	232- 94	*Muſ. Ad. Frid. 1. p. 36. t. 16. f. 2. Lividus maculis fuſcis, faſcia fuſca inter oculos & arcuata occipitis.*
328 Minervæ	238- 90	*Muſ. Ad. Frid. 1. p. 36. Glaucus vitta dorſali fuſca. Vittæ capitis 3 fuſcæ.*
337 Cinereus	200-137	*Muſ. Ad. Frid. 1. p. 37. Cinereus abdomine albo angulato. Caudæ ſquamæ margine ferrugineæ.*
339 Viridiſſimus	217-122	*Viridiſſimis ſcutis abdominis medio dilatatis*
340 Mucoſus	200-140	*Muſ. Ad. Frid. 1. p. 37. t. 23. f. 1. Caput cæruleſcens.*
344 Cenchoa	220-124	*Balk. Muſ. princ. n. 37. Seb. Muſ. 2. t. 16. f. 2, 3. Fuſcus maculis pallidis faſciis niveis. Caput ſubgloboſum.*
359 ♂ Mycteryzans	192-167	*Gron. Muſ. 2. p. 59. n. 19. Roſtrum productum tetragonum. Latera vittâ lineari pallida.*
385 Cæruleſcens	215-170	*Muſ. Ad. Frid. 1. p. 37. t. 20. f. 2.*
Arges †.		*Seb. Muſ. 2. t. 103. f. 1. Occiput bilobo gibbum. Corpus ocellis transverſis per annulos digeſtis. Mihi non viſus nec Scuta notata. Habitat in Africa.*

110. AMPH.

110. ANGUIS. *Squamæ* abdominales & *Squamæ* ſubcaudales.

160 Bipes	100- 60	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 21. *t.* 28. *f.* 3. *Seb. Muſ.* 1. *t.* 53. *f.* 8: *t.* 86. *f.* 3. *Pedes breviſſimi, didactyli ad anum. Pallida puncto fuſco in ſingula ſquama.*
197 Meleagris	165- 32	*Seb. Muſ.* 2. *t.* 21. *f.* 4. *Similis Angui Bipedi. Glauca punctis nigris multiplici ordine longitudinali.*
198 Colubrinus	180- 18	*Haſſelq. it.* 320. *n.* 65. *Pallido fuſcoque pulcre variegata.*
209 Jaculus	186- 23	*Haſſelq. it.* 319. *n.* 64. *Squamæ Abdominis paulo latiores.*
212 Maculata	200- 12	*Gron. Muſ.* 2. *p.* 53. *n.* 5. *Supra flava, vitta dorſali faſciiſque linearibus fuſcis.*
214 Reticulata	177- 32	*Gron. Muſ.* 2. *p.* 54. *n.* 7. † *Color Squamarum fuſcus diſco albo.*
215 Ceraſtes	200- 15	*Haſſelq. Act. Upſ.* 1750. *p.* 28. †
237 Lumbricalis	230- 7	*Gron. Muſ.* 2. *p.* 52. *n.* 3. *Color ex albido flaveſcens.*
250 Laticauda	200- 50	*Cauda compreſſa, acuta, pallida faſciis fuſcis.*
253 Scytale	240- 13	*Gron. Muſ.* 2. *n.* 4. *Albida ſquamarum marginibus paſſim ferrugineis, faſciis fuſcis.*
262 Eryx	(126-136)	*Gron. Muſ.* 2. *p.* 35. *n.* 9. *Cinerea lineis tribus nigris; ſubtus cæruleſcens. non vidi.*
270 Fragilis	135-135	*Faun. Suec.* 258. *Europæ. Hujus maxima fragilitas lepide explicata a Lemery in Dictionario.*

111. AMPHISBAENA. *Annuli* trunci caudæque.

230 Fuliginoſa	200- 30	*Balk. Muſ. princ. n.* 22. *Gron. Muſ.* 2. *p.* 52. *n.* 2. *Albo nigroque varia.*
239 Alba	223- 16	*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 26. *t.* 4. *f.* 2. *Seb. M.* 2. *t.* 24. *f.* 1. & *t.* 6. *f.* 4. *Alba tota.*

112. CAECILIA. *Rugæ* trunci caudæque. *Labium* ſuperius tentaculis 2.

135 Tentaculata.	135- 0	*Surin. Grill. n.* 3. *f.* 1.
350 Glutinoſa	340- 10	*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 19. *t.* 4. *f.* 1. *Fuſca, linea laterali albida.*

Ordo 3.

NANTIA.

Spiracula *lateralia.* Pinnæ *natatoriæ.*

103. PETROMYZON. (*) *Spiracula* VII ad latera colli. *Fiſtula* in cervice. *Pinnæ* pectorales aut ventrales nullæ.

1. P. ore intus barbato, pinnæ dorſali poſteriore a cauda diſtincta. *Art. Gen.* 64. *n.* 2.

2.

(*) Petromyzon *gaudet perfectioribus pulmonibus quam reliqui ordinis, adeoque ſerpentibus propior.*

2. P. pinna dorſi poſteriori angulata. *fn. Suec.* 273. *Adhæret ore, noctibus tenebricoſis cono cavo piſcatur.*
3. P. pinna dorſali poſteriori lineari, labio oris ſuperiore latere lobato. *fn. Suec.* 274.

114. RAJA. *Spiracula* v ſubtus ad collum. *Corpus* depreſſum. *Os* ſub capite.

α. dentibus acutis.

1. R. tota lævis. *Balk. Muſ. princ. n.* 38. Torpedo. *Iners, omnium Injuriæ obnoxius, ſe vindicat motu tremulo proprio Act. Hafnienſ.* 5. *obſ.* 97. *Rhed. exp.* 53. *Kaempb. Amoen.* 514. *Reaum. Act.* 1714. *Hall. Boerh.* 4. *p.* 13. *retardato ſpiritu præſervatur.*
2. R. varia, dorſo medio glabro, cauda unico aculeorum ordine. *Art. Gen.* 73. *n.* 9. *Corpus ſupra lituris nigris flexuoſis.*
3. R. varia, dorſo medio tuberculis x aculeatis. *Art. Gen.* 72. *n.* 8. *Aculeus ante ſingulos oculos.*
4. R. dorſo ventreque glabris, aculeis ad oculos, ternoque eorum ordine in cauda. *Art. Gen.* 72. *n.* 7. *Ocellus ſupra utramque alam.*
5. R. dorſo toto aculeato, aculeorum ordine ſimplici ad oculos, duplici in cauda. *Art. Gen.* 72. *n.* 6.

β. dentibus obtuſis.

6. R. corpore glabro, aculeo longo ſerrato in cauda pinnata. *Art. Gen.* 72. *n.* 5.
7. R. corpore glabro, aculeis duobus poſtice ſerratis in cauda apterygia. *Art. Gen.* 71. *n.* 4. *Cauda corpore brevior eſt.*
8. R. corpore glabro, aculeo longo anterius ſerrato in cauda apterygia. *Art. Gen.* 71. *n.* 3. Paſtinaca. *Caudæ aculeus venenatus veteribus & recentioribus. Fato Ulyſſis clarus.*
9. R. aculeata, dentibus tuberculoſis, cartilagine transverſa ventrali. *Art. Gen.* 71. *n.* 2.
10. R. oblonga, unico aculeorum ordine in medio dorſo. *Art. Gen.* 70. *n.* 1.

115. SQUALUS. (*) *Spiracula* v ad latera colli. *Corpus* oblongum teretiuſculum. *Os* in anteriore parte capitis.

α. Dorſo ſpinoſo, pinna ani nulla.

1. S. pinna ani nulla, dorſo ſpinoſo, corpore teretiuſculo. *fn. Suec.* 296. Acanthias.
2. S. pinna ani nulla, dorſo ſpinoſo, corpore ſubtriangulari. *Art. Gen.* 67. *n.* 5. Centrina. *Pinna dorſi anterior ſpina antrorſum radiis decuſſante, poſterior retrorſum.*
3. S. pinna ani nulla, dorſo ſpinoſo, naribus terminalibus. *Art. Gen.* 67. *n.* 4.
4. S. pinna ani nulla, ore terminali. *Art. Gen.* 67. *n.* 6. Squatina. *Media inter* Squalos & Rajas, *ore in apice capitis, nec ſubtus.*

β. dorſo

(*) Squali *vivipari ſunt, foramine in ore aperto, pone utrumque oculum, noctu ſplendent, reſupinati vorant, naves ſequuntur in Indiis ut cadaveribus ſatientur. Dentes Gloſſopetræ.*

β. dorſo mutico, dentibus acutis; cum pinna ani.
5. S. capite latiſſimo transverſo malleiformi. *Art. Gen.* 67. *n.* 7. Zygæna.
6. S. capite latiſſimo cordato. *Willugb. Ichth. t.* 9. *f.* 3. *Marcgr. braſ.* 181.
7. S. naribus ori vicinis, foraminibus ad oculos. *Art. Gen.* 68. *n.* 9.
8. S. ruſo-varius pinna ani medio inter anum caudamque pinnatam. *Art. Gen.* 68. *n.* 10.
9 S. dorſo variegato mutico, pinnis ventralibus concretis, dorſalibus caudæ approximatis. *Gron. Muſ.* 2. *n.* 199.
10. S. varius inermis, pinnis ventralibus diſcretis dorſalibus caudæ approximatis. *Gron. Muſ.* 2. *n.* 200.
11. S. foſſula triangulari in extremo dorſo, foraminibus nullis ad oculos. *Arted. Gen.* 69. *n.* 13.
12. S. dorſo plano, dentibus ſerratis. *Art. Gen.* 70. *n.* 14. Lamia. Canis Caſcharias. *Jonam Prophetam, ut veteres Herculem trinoctem, in hujus ventriculo tridui ſpatio hæſiſſe veroſimile eſt.*

γ. Dentibus granulatis.
13. S. dentibus obtuſis. *Art. Gen.* 66. *n.* 2.
14. S. roſtro enſiformi oſſeo plano utrinque dentato. *fn. Suec.* 270.

116. CHIMAERA. *Spiracula* ſolitaria ſub collo. *Oris labium ſuperius* bipartitum. *Dentes* primores inciſores, bini, ſupra infraque.

1. C. roſtro ſubtus plicis pertuſis. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *t.* 25. *Cluſ. exot.* 136. *t.* 137. *Willugb. icht. t. B.* 9. *f.* 6.
2. C. roſtro ſubtus labro inflexo lævi. Callorynchus. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 130. *t.* 4.

117. LOPHIUS. *Spiracula* ſolitaria, pone brachia. *Pinnæ Pectorales* brachiis inſidentes.

1. L. depreſſus, capite rotundato. *Gron. Muſ.* 1. *p.* 57. *Caput corpore majus. Piſcatur lentaculis binis capitis tanquam linea.*
2. L. depreſſus, capite roſtrato. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 129.
3. L. compreſſus. Baliſtes. *Gron.* 1. *n.* 116. Guaperua. *Marcgr. br.* 150.

118. ACIPENSER. (†) *Spiracula* lateralia ſolitaria linearia. *Os* ſub capite retractile, edentulum. *Cirri* ſub roſtro, ante os.

1. A. cirris 4, ſquamis dorſalibus 11. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *t.* 18. *f.* 2. *Gron. Muſ.* 2. *p.* 42.
2. A. cirris 4, ſquamis dorſalibus 15. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *t.* 27. *f.* 2. & *t.* 28. *f.* 1. *fn. Suec.* 272. *Ova hujus & Huſonis pro Garo Cavear dicto.*
3. A cirris 4? corpore nudo. *Art. Gen.* 65. *n.* 2. Huſo. *Habitat in Danubio. Alii cirros* 4, *alii* 8 *tradunt in nobis non viſo. Corium pro lineis curruum præſtantiſſimum, ab eo Ichthyocolla præparatur, & ex ovis Garum conficitur.*
4. A. cirris duobus. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *t.* 28. *f.* 4. Plecoſtomus *Gron. Muſ.* 1. *t.* 3. *f.* 1, 2.

CLAS-

(†) *Acipenſeres vivipari ſunt, uti Petromyzon.*

CLASSIS IV.

PISCES.

Aquei Elementi muti ſurdique Volucres compendioſiſſimi reſpirant *Branchiis* liberis, natant Pinnis radiatis, veſtiuntur *Squamis* cartilagineis.

Instruuntur Capite, Thorace, Abdomine, Cauda, Pinnis; Cerebro Medullaque ſpinali, Corde uniloculari uniaurito, Branchiis, Diaphragmate, Hepate Veſiculaque fellea, Liene, Renibus Veſicaque urinaria, Veſiculis ſeminalibus Ovariisve, Inteſtinis cæcoque, Membrana nictitante.

Destituuntur Palpebris, Auribus Auriculisque, Collo, artuum Brachiis Tibiisque, Pene Vulvave.

Dividitur horum Corpus externum in *Caput*, *Truncum*, *Pinnas*.

Caput compreſſum (Cathetoplateum) ſ. depreſſum (Plagioplateum).
Os Labiis mobilibus, aut fixis clauſile.
Dentes ſæpe in Maxillis, Lingua, Fauce.
Oculi 2, nudi, membrana *nictitante*; *Pupilla* globoſa.
Nares pertuſæ, ſæpe geminatæ, minus prominentes.
Cirri filiformes, molliuſculi, labiis interdum inſerti.
Aperturæ branchiarum per branchias in os hiantes.
Opercula branchias tegentia, apertura claudentia.
Branchiæ extus ſpirantes comprimendæ, ſæpius quatuor, radio arcuato oſſeo adnatæ, radiis liberis pectinatæ.

Truncus ſquamoſus, mucoſus, oblongus, poſtice anguſtatus in Caudam:
Squamæ plerisque cartilagineæ, rarius ciliatæ, nonnullis oſſeæ ut piſcis loricatus evadat.
Linea lateralis utrinque diſtincta a linea interſtitiali, ſæpius ex glandulis *punctata*, rarius *loricata*, utraque *recta* aut *curvata*.
Thorax refertus Corde intra Pericardium ſuum.
Abdomen coſtatum Viſceribus, Inteſtinis, Veſicula aërea.
Anus abdomen terminans, communis Inteſtinis, Veſicæ & Genitalibus.
Cauda poſtica Trunci, ſolida, muſculoſa.

Pinnæ membranaceæ expandendæ *Radiis* cartilagineis: qui
Spinoſi duriores, oſſei, ſimplices, pungentes. (*)
Molles flexiles, tendinei, dichotomi, mutici.
Branchioſtegæ ſub operculis branchiarum plicatiles radiata membrana.
Dorſalis dorſo longitudinalis impoſita, ſæpe 1, rarius 2, pauciſſimis 3.
Adipoſa, dorſalis ſpuria, radiis deſtituta.
Pectorales ad latera thoracis poſitæ.
Ventrales abdomini ſubtus annexæ.
Analis pone anum, ſub cauda, longitudinalis.
Caudalis terminalis, perpendicularis: *rotunda*, *integra*, ſ. *bifurca*.

Pisces

(*) Recumbens *ſpina nonnullis antrorſum decumbit ante pinnam dorſi aut ani.*

Piſces hi muti ſurdique ætheris ſonum *non audiunt*, aëris licet tremorem ſentiant, *Reſpirans* latere extrorſum aquam, *Movent* ſe Pinnis, dum *Caudali* propelluntur, *Dorſali Analique* tamquam Gubernaculo reguntur, *Pectoralibus* tamquam Alis attolluntur, *Ventralibus* tamquam Pedibus inſiſtunt. *Fugiunt* natatu diverſimodo; *Defenduntur* Spinis tamquam murice; *Victitant* Muco, Inſectis, Vermibus, Cadaveribus, Piſciculis, Plantis.

Hiſtoria horum ex Structura, Alimento, Solo, Moribus, Migrationibus & Uſu in Piſcatura, Culina, Oeconomia, Mechanica, Medicina.

Locus omnium aquaticus eſt; forte etiam omnes marini; ſed alii imprimis *lacuſtres* aquas dulces inhabitantes; varii etiam *fluviatiles*, ſæpe e mari adſcendentes; plurimi mere *marini*, qui aquas dulces non ferunt; horum plerique littora adeunt pro generandis (*) & pariendis ovis, calidiore aqua excludendis, niſi mere *pelagici* natantibus ovis, a littoribus ſemper alieni, ſed omnium alii *diurni*, alii *nocturni*; illi plerique natant in aquis, hi vero ſæpius in fundo paſcuntur. Alii demum ſubſolitarii vaguntur, alii gregatim degunt.

Victus tenuis e piſcibus nuper enectis, thoracicis, exercitatis; imprimis aſſati, veteribus in pretio, hodiernis in deliciis.

Ichthyologi Practici *Bellonius*, *Rondeletius*, *Salvianus*, *Geſnerus*, *Aldrovandus*, *Willughbæus*, *Rajus*.

Theoretici *Artedi! Nos*, *Gronovii*, *Haſſelqviſt*, radios pinnarum obſervarunt; At *Valentinus* defectum artis expoſuit; *Catesbæus* pulchre quosdam depinxit americanos.

Synonyma ab *Artedio* petenda, ego itaque ea ſepoſui.

Divisionem Piſcium, artis normam, a variis partibus tentarunt varii. Recentiorum immortalis Artedi Spinoſos *Acanthopterygios* & Inermes *Malacopterygios* ſecundum Membranam *Branchioſtegam* ſecutus, ſed deſeruit non ſemel in bivio conſtitutum; novam itaque tentabo viam a Pedibus *ante Alas*, *ſub Alis*, *pone Alas* ſitis.

Apertura inſtructa operculis pinnaque branchiale: dum
Pinnæ *ventrales*: vel *nullæ* omnino Apodes. 1.
—— —— *ante* Pinnas Pectorales Jugulares. 2.
—— —— *ſub* pinnis Pectoralibus Thoracici. 3.
—— —— *pone* pinnas Pectorales Abdominales. 4.
—— deſtituta operculis pinnisve branchialibus Branchiostegi. 5.

CHARACTERES PISCIUM.

I. APODES.

119. Muræna Aperturæ *branchiarum ad latera thoracis*.
120. Gymnotus Dorſum *apterygium*.
121. Trichiurus Cauda *aptera*.
122. Anarhichas Dentes *rotundati*.
123. Ammodytes Caput *corpore anguſtius*.
124. Stromateus Corpus *ovatum*.
125. Xiphias Roſtrum *enſiferum*.

II. JU-

(*) Generatio *Piſcium etiamnum obſcura eſt*.

F 3

II. JUGULARES.

126. CALLIONYMUS Aperturæ *branch. ad nucham.*
127. URANOSCOPUS Os *ſimum.*
128. TRACHINUS Anus *prope pectus.*
129. GADUS *Pinnæ* Pectorales *elongatæ in acumen.*
130. BLENNIUS *Pinnæ* Ventrales *didactylæ muticæ.*
131. OPHIDION *Pinnæ* Ventrales *e ſpina & cirrho.*

III. THORACICI.

132. CYCLOPTERUS *Pinnæ* Ventrales *connatæ in orbiculum.*
133. ECHENEIS Capitis *dorſum planum transverſe ſulcatum.*
134. CORYPHÆNA Caput *antice truncato-obtuſum.*
135. GOBIUS *Pinnæ* Ventrales *coadunatæ in pinnam ovatam.*
136. COTTUS Caput *corpore latius.*
137. SCORPÆNA Caput *cirris adſperſum.*
138. ZEUS Labium *ſuperius membrana transverſa fornicatum.*
139. PLEURONECTES Oculi *ambo in latere altero capitis.*
140. CHÆTODON Dentes *ſetacei, confertiſſimi, flexiles.*
141. SPARUS Dentes *validi, inciſores ſ. molares.*
142. LABRUS *Pinna* Dorſalis *ramento poſt ſpinas notata.*
143. SCIÆNA *Pinna* Dorſalis *in foſſula recondenda.*
144. PERCA Opercula *branchiarum ſerrata.*
145. GASTEROSTEUS Cauda *lateribus carinata;* Spinæ *dorſales diſtinctæ.*
146. SCOMBER Cauda *lateribus carinata;* Pinnulæ *ſpuriæ plures.*
147. MULLUS Squamæ, *etiam capitis, laxæ.*
148. TRIGLA Digiti *diſtincti juxta pinnas pectorales.*

IV. ABDOMINALES.

149. COBITIS Corpus *vix ad Caudam anguſtatum.*
150. SILURUS Radius 1 *pinnarum Dorſalium Pectoraliumque dentatus.*
151. LORICARIA Corpus *cataphractum.*
152. SALMO *Pinna* Dorſalis *poſtica adipoſa.*
153. FISTULARIA Roſtrum *cylindricum operculo clauſile.*
154. ESOX Mandibula *inferior longior punctata.*
155. ARGENTINA Anus *caudæ vicinus.*
156. ATHERINA Faſcia *lateralis longitudinalis argentea.*
157. MUGIL Mandibula *inferior intus carinata.*
158. EXOCOETUS *Pinnæ* Pectorales *longitudine corporis.*
159. POLYNEMUS Digiti *diſtincti juxta pinnas pectorales.*
160. CLUPEA Abdomen *carinatum ſerratum.*
161. CYPRINUS *Membrana* Branchioſtega *triradiata.*

V. BRANCHIOSTEGI.

162. MORMYRUS Dentes *emarginati.* Squamæ *imbricatæ.*
163. BALISTES Dentes *utrinque octo.* *Pinna* Ventralis *ſolitaria.*
164. OSTRACION Dentes *utrinque plures.* Corpus *teſta oſſea.*
165. TETRAODON Dentes *utrinque duo.* Abdomem *muricatum.*
166. DIODON Dentes *utrinque ſolitari.* Corpus *echinatum.*
167. CENTRISCUS *Pinna* Ventralis *ſolitaria.* Corpus *loricatum ſpina.*
168. SYNGNATHUS *Pinnæ* Ventrales *nullæ.* Corpus *articulatum.*
169. PEGASUS *Pinnæ* Ventrales *binæ.* Corpus *articulatum.*

Ordo. I.

APODES.

Pinnæ ventrales *omnino nullæ.*

119. MURAENA. *Caput* læve. *Nares* tubuloſæ. *Membrana branchioſtega* radiis x, ejusque *Apertura* ad pinnas pectorales. *Corpus* tereriusculum, lubricum. *Pinna* caudæ coadunata dorſali anique.

1. M. pinnis pectoralibus nullis. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 16.
2. M. cauda aptera cuſpidata, corpore tereti. *Art. Gen.* 24. *n.* 5.
3. M. cauda aptera, acuta, corpore tereti. *Art. Gen.* 24. *n.* 4.
4. M. maxilla inferiore longiore corpore unicolore. *Art. Gen.* 24. *n.* 1. *fn. Suec.* 290. *Nocturna; latet in cœno duplici foramine; coërcetur trunco albo Betulæ; cutis tenaciſſima; parit vivipara ſub canicula. Act. Holm.* 1750. *p.* 194.
5. M. pinna ambiente alba margine nigro. *Art. Gen.* 24. *n.* 3
6. M. roſtro tentaculis duobus, linea laterali ex punctis albida. *Art. Gen.* 24. *n.* 2.
7. M. apterygia, roſtro acutiusculo. *Habitat in mari mediterraneo.* Corpus *Anguillæ absque omni pinna.* Aperturæ *branchiarum ſub collo.* Maxillæ *acuminatæ dentibus aceroſis.* Nares *tubuloſæ ſub roſtro.* Oculos *nullos video. ad occiput puncta 7 perforata, item 7 ſupra caput in medio, & anterius iterum quater duo.* Anus *propior capiti, quam caudæ.*

120. GYMNOTUS. *Caput* operculis lateralibus. *Tentacula* duo ad latera ſuperius. *Membrana Branch.* radiis v. *Corpus* compreſſum, ſubtus pinna carinatum.

1. G. nudus, dorſo apterygio. *Arted. Gen.* 25. *n.* 1. *Balk. Muſ. princ. n.* 16. Abdomen *carnoſo-carinatum;* Pinna ani *in caudæ apicem excurrente.*
2. G. ſquamoſus, dorſo pinnato. *Aſiaticus* Piſcis *plus quam ſpithameus, craſſiusculus, tectus ſquamis lævibus, rotundatis, diſtinctis, etiam ſupra caput, cui puncta 5 excavata, uti etiam aliquot in Maxillis inferioribus.* Anus *in medio corporis.* Linea lateralis *elevata, recta ſed deſcendens ſuper anum.* Color *obſcurus faſciis fuſcis, puncta alba in pinna dorſali & poſtica corporis parte. Ob opercula lateraliter ampla, aperienda, & ob ſquamas nequit eſſe* Muræna; Pinna dorſali *incipit pone caput mox poſt nucham & extenditur fere ad caudam, offic.* 46. Caput *depreſſum, læviusculum.* Tentacula 2 *truncata, ante nares poſita.* Membr. Branch. *offic.* 5. Corpus *ſubcylindricum, poſtice compreſſum.*

121. TRICHIURUS. *Caput* porrectum, operculis lateralibus, Dentes ſubulati: anteriores conferti. *Membr. Branch.* radio I. *Corpus* compreſſo-enſiforme; *Cauda* ſubulata aptera.

1. Trichiurus. Lepturus. *Art. Spec.* III. Gymnogaſter. *Gron. Muſ.* I. *n.* 47. *Totus argenteus, exſiliens ex aquis ſæpe in cymbam.*

122. ANARHICHAS. *Caput* obtuſiuſculum. *Dentes* confertiſſimi, rotundati, antici VI conici. *Membr. Branch.* rad. VI. *Corpus* teretiuſculum. *Pinna caudæ* diſtincta.

1. Anarhichas *Gron. Muſ.* I. *n.* 44. *Lapis Bufonites ex hujus piſcis dente.*

123. AMMODYTES. *Corpus* compreſſum, corpore anguſtius. *Labium ſuperius* duplicatum. *Mandibula inferior* anguſta acuminata. *Dentes* aceroſi. *Membr. Branch. rad.* VII. *Corpus* teretiuſculum ſquamis vix conſpicuis. *Cauda* diſtincta.

1. Ammodytes *fn. Suec.* 303. *In gyrum contractus e centro apice capitis penetrat arenam.*

124. STROMATEUS. *Caput* compreſſum, *Dentes* in maxillis, palato. *Membr. Branch.* radiis... *Corpus* ovatum, lubricum.

1. S. ſubfaſciatus. *Arted. Gen.* 19. *n.* I. *Piſcis pulcre variegatus; Ventriculi duo.*
2. S. unicolor. *Sloan. jam.* 2. *p.* 281. *t.* 250. *f.* 4.

125. XIPHIAS. *Caput* maxilla ſuperiore terminatum roſtro enſiformi. *Os* edentulum. *Membr. Branch.* radiis VIII. *Corpus* teretiuſculum.

1. Xiphias. *Arted. Gen.* 30. *n.* I. *Schelhameri Anatome Xiphii piſcis.*

Ordo 2.

Ordo 2.

JUGULARES.

Pinnæ Ventrales *ante pinnas Pectorales.*

126. CALLIONYMUS. *Caput* labio ſuperiore duplicato; *Oculi* approximati. *Membr. Branch.* radiis v. (Gron.) *Aperturæ* laterales (ſæpius clauſæ nucha foraminibus reſpirante.) *Corpus* nudum. *Pinnæ Ventrales* remotiſſimæ.

1. C. dorſalis prioris radiis longitudine corporis. Uranoſcopus *Gron. Muſ.* 1. *n.* 64.
2. C. dorſalis prioris radiis corpore brevioribus. Uranoſcopus, *Gron. Muſ.* 1. *n.* 63.
3. C. capite lævi longitudinaliter rugoſo, operculis latere aperiendis. Caput *depreſſum, ſupra longitudinaliter rugoſum.* Maxilla inferior *paulo longior.* Os *ſcabrum.* Lingua *obtuſa, emarginata.* Aperturæ branchiarum *magnæ, laterales.* Opercula *anteriora ſpina gemina; poſtica ſpina ſolitaria.* Corpus *valde depreſſum, lividum.* Anus *in medio. Radius primus* P. Dorſalis *prioris breviſſimus, remotus.* P. Ventrales *valde distantes. Piſces medius inter* Callionymum, Uranoſcopum *&* Trachinum.

127. URANOSCOPUS. *Caput* depreſſum ſcabrum, majus. *Os* ſimum: maxilla ſuperiore breviore. *Membr. Branch.* radiis v papilloſo-dentata: *Opercula* membranaceo-ciliata. *Corpus: anus* in medio.

1. URANOSCOPUS. Trachinus. *Arted. Gen.* 42. *n.* 2. Caput *ſcabrum, depreſſum.* Pinna dorſi *prior nigra.*

128. TRACHINUS. *Caput* minus læve, compreſſum. *Membr. Branch.* rad. VI. Operculorum lamina inferiore ſerrata. *Corpus: anus* prope pectus.

1. TRACHINUS. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 97. *Spinæ P. dorſalis prioris pungunt veneratiſſimæ. Barth. Act.* 3. *Obſ.* 84.

129. GADUS. *Caput* læve. *Membr. Branch.* radiis VII, teretibus. *Corpus* oblongum ſquamis deciduis. *Pinnæ* omnes cute communi veſtitæ. *Dorſales anique* plures: radiis muticis. *Pectorales* in acumen attenuatæ.

α. Pinnis dorſalibus tribus, ore cirroſo.

1. G. tripterygius cirratus, albicans; cauda biloba, maxilla ſuperiore longiore. *fn. Suec.* 297. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 59.
2. G. tripterygius cirratus varius, cauda integra, maxilla ſuperiore longiore. *fn. Suec.* 293. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 58.
3. G. tripterygius cirratus, cauda ſubæquali radio primo anali ſpinoſo. *fn. Suec.* 295. *Ova quotannis* 9344000 *ponit Leuwenh.*
4. G. tripterygius cirratus, radio ventralium primo ſetaceo. *Art. Gen.* 21. *n.* 6. *α*
5. G. tripterygius cirratus, maxilla inferiore punctis utrinque ſeptem. *Arted. Gen.* 21. *n.* 6. *Fico Romanis hodie; Cirro in mento; puncta maxillæ inferioris utrinque 7; macula fuſca ad pinnas pectorales.*
6. G. tripterygius cirratus, ano in medio corporis. *Arted. Gen.* 21. *n.* 7.

β. Pinnis dorſalibus tribus, ore imberbi.

7. G. tripterygius, imberbis, dorſo vireſcente. *fn. Suec.* 296.
8. G. tripterygius, imberbis, albus maxilla ſuperiore longiore. *fn. Suec.* 294. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 55.
9. G. tripterygius, imberbis, maxilla inferiore longiore, linea laterali recta. *Arted. Gen.* 20. *n.* 2.
10. G. tripterygius, imberbis, maxilla inferiore longiore, linea laterali curva. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 57.

γ. Pinnis dorſalibus duabus.

11. G. dipterygius, cirratus, maxilla inferiore longiore. *Arted. Gen.* 22. *n.* 8.
12. G. dipterygius, cirratus, maxilla ſuperiore longiore. *Arted. Gen.* 22. *n.* 9.
13. G. dipterygius, cirratus, maxillis æqualibus. *fn. Suec.* 292.
14. G. dipterygius, cirratus, cirris 5, pinna dorſali priore exoleta. *Arted. Gen.* 22. *n.* 11.

δ. Pinna dorſali unica.

15. G. monopterygius, cirratus, maxilla ſuperiore cirris 2, inferiore unico.

130. BLENNIUS. *Caput* declive, tectum. *Membr. Branch.* rad. VI. *Corpus* lanceolatum. *Pinnæ Ventrales* didactylæ, muticæ. *Pinna ani* diſtincta.

α. Caput criſtatum.

1. B. criſta capitis transverſa cutacea. *Arted. Gen.* 37. *n.* 4.
2. B. criſta ſetacea longitudinali inter oculos. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 75.
3. B. radio ſimplici ſupra oculos, pinna dorſali ſolitaria. *Balk. Muſ. princ.* *n.* 49.
4. B. radio ſimplici ſupra oculos, pinna dorſali anteriore ocello ornata. *Art. Gen.* 26. *n.* 1.
5. B. pinnulis ſuperciliorum nuchæque palmatis. *Arted. Gen.* 26. *n.* 2.
6. B. pinnulis ſuperciliorum palmatis, linea laterali curva. *Gron. Muſ.* 2. *n.* 172. *t.* 5. *f.* 5.

β. Ca-

β. Caput abſque criſtis.

7. B. capite lævi, linea laterali curva ſubbifida. *Arted. Gen.* 27. *n.* 3. *Gron. Muſ.* 2. *n.* 175.
8. B. pinna dorſali ocellis 10 nigris. *Arted. Gen.* 27. *n.* 5.
9. B. pinna dorſali anteriore triradiata. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 69.
10. B. ore tentaculis duobus. *Gron. Muſ.* 1. *p.* 65. *Vivos parit fœtus, quod ſingulare.*
11. B. corpore areolis dorſalibus fuſcis. *Arted. Synon.* 45. *n.* 6.
12. B. pinnis ventralibus ſubſexfidis, cirro gulari. *Habitat in Sueciæ lacubus. Cum radii P. Ventralium quidem 6, ſed 2 primores in utraque ſetacei ſunt & tanquam veri habendi, poterit forte ad hoc Genus referri ob habitum cum duobus præcedentibus.*

131. OPHIDION. *Corpus* nudiuſculum. *Membr. Branch.* patula radiis V. *Corpus* enſiforme. *Pinna* dorſalis anique unita caudæ. *Pinnæ Ventrales* radiis duobus: exteriore ſpinoſo.

1. O. maxilla ſuperiore cirris quatuor. *Arted. Gen.* 25. *n.* 1.
2. O. maxillis imberbibus, cauda obtuſiuſcula. *fn. Suec. n.* 289.
3. O. maxillis imberbibus, pinna caudæ acuminata. *D.* 69. *P.* 15. *V.* 6. *A.* 62. *C.* 12.

Ordo 3.

THORACICI.

Pinnæ Ventrales *ſub pinnis pectoralibus.*

132. CYCLOPTERUS. *Caput* obtuſum; maxillæ denticulatæ. *Memb. Branch.* radiis IV. Corpus *ſquamis* oſſeis diſtantibus angulatum. *Pinnæ Ventrales* concretæ in rotatam.

1. C. corpore ſquamis oſſeis angulato. *fn. Suec.* 275. *Gron. muſ.* 1. *n.* 127. *Affinitas ſumma cum cartilaginoſo Acipenſere.*
2. C. corpore nudo. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 57. *t.* 27. *f.* 1.

133. ECHENEIS. *Caput* pingue, nudum, depreſſum, ſupra planum, marginatum, tranſverſe ſulcato-ſerratum. *Membr. Branch.* radiis X. *Corpus* nudum.

1. E. cauda bifurca ſtriis capitis 18. *Gron. muſ.* 1. *n.* 33. *Capitis clypeo adhæret aliis.*
2. E. cauda integra, ſtriis capitis 24. *Vallisn. nat.* 1. *t.* 44. *Haſſelq. it.* 324. *n.* 68. *Differt a præcedenti Cauda longiore, corpore majore, pinnis acutioribus.*

134. CO-

134. CORYPHAENA. *Caput* maxime truncato-declive. *Membr. Branch.* radiis V. *Corpus:* pinna dorſalis longitudine dorſi.

1. C. cauda bifida, radiis dorſalibus 60. *Arted. Gen.* 15. *n.* 1.
2. C. cauda bifurca, radiis dorſalibus 53. Guaracapema, *Marcgr. braſ.* 160. *Pulcherrimus a priore parum diſtinctus.*
3. C. maculis nigris quinis verſus caput longitudinalibus. *Willugb. app. t.* 8. *f.* 2.
4. C. capite pinnisque cancellatis, lineis cærulescentibus. *Arted. gen.* 15. *n.* 2.
5. C. dorſo ſupra lineam lateralem curvam faſciolis flaveſcentibus picto. *Arted. gen.* 16. *n.* 3. Corpus *pingue poſtice attenuatum.* Linea lateralis *curva*, *flaveſcens*, *lineolæ dorſi laterales curvæ flaveſcentes.* Caput *obtuſum.* Maxilla inferior *adſcendens.* Os *valde dehiſcens*, *maxillis latere cohærentibus*, *intus ſcabrum.* Capitis *latera cavernoſa dentata.* Pinna dorſalis *prior unita poſteriori.* Pinnæ pectorales *admodum acuminatæ.*

135. GOBIUS. *Caput* poris 2 inter oculos approximatos: altero anteriore. *Membr. Branch.* radiis IV. *Pinnæ Ventrales* unitæ in ovatam 12radiatam.

1. G. pinna dorſi ſecundæ radiis 14. *Arted. Gen.* 28. *n.* 1.
2. G. pinna caudæ dorſalique ſecunda baſi purpuraſcente, priori linea lutea terminali. *Arted. Gen.* 29. *n.* 2.
3. G. pinna ani radiis 9. Eleotris. *Gronov. muſ.* 2. *n.* 169.
4. G. faſciis etiam pinnarum fuſcis. *Arted. Gen.* 29. *n.* +
5. G. radiis dorſalibus eminentibus ſetaceis. *Arted. Gen.* 29. *n.* 3.
6. G. dentibus maxillæ inferioris horizontalibus. *Osbeck it.* 130.
7. G. pinna dorſali unica. Corpus *lubricum Anguillæ pingue*, *ſubdiaphana cute ut venæ transpareant.* Pinnæ *omnes rubræ:* Dorſalis & Ani *in Caudam excurrentes.* Os *ſimum dentibus exſertum.* Pinnæ pectorales *valde parvæ*, *rotundatæ.*

136. COTTUS. *Caput* corpore latius ſpinoſum. *Membr. Branch.* radiis VI. *Corpus* . . .

1. C. loricatus, roſtro verrucis 2 bifidis, capite ſubtus cirroſo. *Arted. Gen.* 49. *n.* 4.
2. C. verrucis capitis 4 oſſeis. *fn. Suec.* 278.
3. C. gula ramentis villoſa, corpore nudo. *Gron. muſ.* 1. *n.* 206.
4. C. capite ſtriis corporisque ſquamis ſerratis, linea laterali elevata.
5. C. capite ſpinis pluribus, maxilla ſuperiore paulo longiore. *fn. Suec.* 280.
6. C. lævis, capite ſpinis duabus. *fn. Suec.* 279. *Nidum in fundo format, ovis incubat.*

137. SCORPAENA. *Caput* magnum, aculeatum. *Oculi* vicini. *Dentes* maxillis, palato faucibusque. *Membr. Branch.* radiis VII. *Corpus* . . .

1. S. cirri ad oculos naresque. *Arted. Gen.* 47. *n.* 1. *Haſſelq. it.* 330.
2. S. cirri ad labium inferius. *Arted. Gen.* 47. *n.* 2. *Gron. muſ.* 1. *n.* 103?

138. ZEUS.

138. ZEUS. *Caput* compreſſum, declive: *Lab. ſuperius* membrana transverſa fornicata. *Lingua* ſubulata. *Membr. Branch.* radiis VII perpendicularibus; infimo transverſo. *Corpus* compreſſum.

1. Z. cauda biſurca, ſpina ante pinnam ani decumbente. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 66. *t.* 31. *f.* 9. *Color argenteus*, P. dorſi *anterior radiis* 4: *poſterioribus diſtinctis breviſſimis ſpinoſis*; Spinæ 2 *pone anum.* Linea lateralis *valde curva.*
2. Z. radio dorſali decimo, analique ſecundo corpore longioribus. *Gron. muſ.* 1. *n.* 108.
3. Z. cauda rotundata, lateribus mediis ocello fuſco. *Gron. muſ.* 1. *n.* 107.
4. Z. cauda æquali, corpore rubente. *Arted. Gen.* 50. *n.* 3.

139. PLEURONECTES. (*) *Caput*: *Oculi* ambo in eodem latere capitis. *Membr. Branch.* radiis IV—VII. *Corpus* compreſſum, latere altero dorſum, altero abdomen referente.

α. *Oculis a latere dextro.*

1. P. oculis dextris, corpore glabro, pinnis pectoralibus nullis. *Gron. muſ.* 1. *n.* 42. Corpus *bruneum lineis nigris transverſis raris*; *Latus ſiniſtrum capitis cirroſum.*
2. P. oculis dextris, corpore aſpero pinnis pectoralibus filiformibus. *Arted. Gen.* 18. *n.* 17. Corpus fuſcum, maculis obſcuris varium.
3. P. oculis dextris lineis lateralibus 7 transverſis *Brown. jam.* 445. *Sloan. jam.* 2. *p.* 277. *t.* 246. *f.* 2.
4. P. oculis dextris, corpore ocellis 4 atris, iridibus albis. *Pinna dorſalis plicata. Caudæ pinna faſcia nigra. Surinamenſis.*
5. P. oculis dextris, punctis ocellisque dimidiatis cæruleis ſparſis. *Catesb. car.* 2. *t.* 27.
6. P. oculis dextris, corpore toto glabro. *fn. Suec.* 302.
7. P. oculis dextris, corpore oblongo glabro, dentibus obtuſis, cauda ſubrotunda. *Gron. muſ.* 1. *n.* 39.
8. P. oculis dextris, corpore glabro, tuberculis 6 capitis. *fn. Suec.* 301.
9. P. oculis dextris, linea laterali aſpera, ſpinulis ad pinnas. *fn. Suec.* 300.
10. P. oculis dextris, ſquamis aſperis, ſpina ad anum, dentibus obtuſis. *Arted. Gen.* 17. *n.* 2.
11. P. oculis dextris, corpore aſpero oblongo, maxilla ſuperiore longiore. *fn. Suec.* 299.
12. P. oculis dextris, ano ſiniſtro, dentibus acutis. *Gron. muſ.* 1. *n.* 41.

β. *Oculis a latere ſiniſtro.*

13. P. oculis. ſiniſtris corpore glabro. *Gron. muſ.* 1. *n.* 43.
14. P. oculis ſiniſtris, corpore aſpero. *Gron. muſ.* 2. *n.* 159.
15. P. oculis ſiniſtris, linea laterali ſiniſtra aculeata. *Arted. Gen.* 18. *n.* 10.
16. P. oculis ſiniſtris, linea laterali curva, corpore papilloſo. Aramaca. *Margr. braſ.* 181.

140. CHAE-

(*) Pleuronectes *inter omnia animalia ſingularis oculis ambobus ab eodem latere capitis & corpore altero ſuperiore colorato, altero inferiore pallido; natatu obliquo.*

140. CHAETODON. (*) *Caput: Dentes* ſetacei, flexiles, confertiſſimi, numeroſiſſimi. *Membr. Branch.* radiis VI. *Corpus* pictum. *Pinna* dorſi anique carnoſa ſquamoſa.

1. C. ſpinis dorſalibus 2, radio tertio longiſſimo filiformi, aculeo utrinque ad os, cauda bifida. *Arted. Spec.* 93. *n.*
2. C. ſpinis dorſalibus 3, cauda bifida, pinnis ventralibus ex ſpinis 2. *Chin. Langerstr.* 26.
3. C. ſpinis dorſalibus 9, radio tertio longiſſimo. *Muſ. Ad. Frid. t.* 33. *f.* 3.
4. C. ſpinis dorſalibus 4, pinna dorſi analique longiſſima. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *t.* 33. *f.* 6.
5. C. ſpinis pinnæ dorſalis 7, cauda bifida, radio dorſali tertio longiſſimo. *Arted.* 79. *n.* 7.
6. C. ſpinis pinnæ dorſalis 8, pinnis pectoralibus falcatis. *Aſiaticus.* Corpus *albidum ſ. argenteum punctis pone ſuxis, anum dilatatum. figura Cyprini.* Oculi *magni rubri.* Linea lateralis *ſurſum curva.* Radii 3 *primi P. Ani diſtantes.*
7. C. ſpinis pinnæ dorſalis 8, arcubus 4 albis. *Arted. Syn.* 79. *n.* 4. *Spec.* 91.
8. C. ſpinis pinnæ dorſalis 9, maculaque ocellari, roſtro cylindrico. *Gron. muſ.* 1. *n.* 109.
9. C. ſpinis pinnæ dorſalis 9, ſpina laterali utrinque caudæ integræ. *Arted. Syn.* 79. *n.* 6.
10. C. ſpinis pinnæ dorſalis 9, membranæ branchioſtegæ 3, faſciis 5 nigris, cauda ſubbifida.
11. C. ſpinis pinnæ dorſalis 9, ſpina laterali utrinque caudæ bifidæ. *Arted. Synon.* 79. *n.* 5.
12. C. ſpinis pinnæ dorſalis 11, radio dorſali quarto filiformi longiſſimo. *Gron. muſ.* 2. *n.* 194.
13. C. ſpinis pinnæ dorſalis 12, corpore ſtriato, roſtro prominente, cauda integra. *Gron. muſ.* 1. *n.* 110.
14. C. ſpinis pinnæ dorſalis 12, cauda bifida, faſciis 3 fuſcis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *t.* 33. *f.* 8.
15. C. ſpinis pinnæ dorſalis 12, corpore ſtriato, ocello ſubcaudali. *Gron. muſ.* 2. *n.* 195.
16. C. ſpinis pinnæ dorſalis 13, corpore ſtriato, roſtro cylindrico. *Faſcia nigra trans oculos triplexque ad caudam.*
17. C. ſpinis pinnæ dorſalis 14, operculis ſpinoſis, ſquamis ciliatis. *Gron. muſ.* 2. *n.* 192.
18. C. ſpinis pinnæ dorſalis 14, pinnis ventralibus acuminatis, cauda bifida, dentibus emarginatis. Sparus. *Gron. muſ.* 1. *n.* 19. *Habitu toto Percæ a congeneribus recedit.*
19. C. ſpinis pinnæ dorſalis 23, faſciis quinque pallidis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 64.
20. C. faſciis 3, oculari pectorali longitudinalique, cauda integra. *Ed. av. t.* 210. Corpus *oblongum lanceolatum: faſciæ nigræ margine griſeæ* 3: *prima tranſverſa per oculos: ſecunda tranverſa per thoracem: tertia a pinna dorſali anteriori ad pinnam caudæ.*

141. SPA-

(*) Chaetodon *Caudæ pinna bifida* 1, 2, 5, 10, 11, 14, 18
Roſtro cylindrico elongato, 8, 12, 16.
Radio pinnæ dorſi 3 *ſeu* 4 *longigiſſimo*, 1, 3, 5, 13.
Chætodontes *Pulcrum piſcium pictorum Indiæ cohortem conſtituentes, a me diſtinguuntur ſecundum ſpinas dorſales.*

141. SPARUS. *Caput: Dentes* inciſores vel laniarii robuſti; molares obtuſi, conferti. *Memb. Branch.* radiis V. *Opercula* ſquamoſa. *Corpus* compreſſum.

α. Macula nigra notati.

1. S. lunula aurea inter oculos. *Gron. muſ.* 1. *n.* 90. *In meo exemplari macula nigra ad caudam. Romanis olim pretioſiſſimus Sergi auctoritate; Veneri ſacer.*
2. S. ocello nigro ſubcaudali, corpore flaveſcente, *Arted. Gen.* 37. *n.* 12.
3. S. ocello ſubcaudali, corpore faſciis nigris. *Arted. Gen.* 37. *n.* 13.
4. S. ocello nigro caudæ, corpore lineis longitudinalibus. *Arted. Gen.* 27. *n.* 14.
5. S. ocello nigro laterali, pinnis pectoralibus caudæque rubris. *Arted. Gen.* 36. *n.* 8.
6. S. ocello fuſco laterali, corpore variegato. *Arted. Gen.* 36. *n.* 7.
7. S. ocello ſubcaudali, corpore candicante. *Gron. muſ.* 2. *n.* 185. *t.* 6. *f.* 3.
8. S. ocello ſubcaudali, capite rufeſcente, cauda integra †. *Arted. Gen.* 37. *n.* 11.

β. Rubri.

9. S. cauda bifida, corpore faſciis transverſis rubris, dentibus laniariis exſertis.
10. S. cauda ſubintegra, corpore rubro. *Arted. Gen.* 36. *n.* 3.
11. S. rubeſcens, cute ad radicem pinnarum dorſi & ani in ſinum producta. *Arted. Gen.* 36. *n.* 4.

γ. Lineati.

12. S. lineis longitudinalibus obſcuris, inferioribus 4 aureis argenteisque. *Arted. Gen.* 36. *n.* 6.
13. S. cauda immaculata, corpore lineis longitudinalibus luteis. *Arted. Gen.* 36. *n.* 2.
14. S. cauda bifida, radio ventralium ſecundo ſetaceo. *Arted. Gen.* 37. *n.* 10.
15. S. cauda bifida, lineis fulvis longitudinalibus utrinque undecim. *Arted. Gen.* 38. *n.* 15.
16. S. cauda bifida rubra, corpore purpuraſcente, lineis utrinque 7 aureis. *Cartesb. car.* 2. *t.* 17.

δ. Varii.

17. S. cauda bifida, corpore variegato dentibus majoribus. *Arted. Gen.* 36. *n.* 5.
18. S. cauda bifida, ſpina dorſali recumbente. *Indicus. Corpus lituris cæruleis repandis variis pictum.*
19. S. cauda bifida, faſciis 2 nigris transverſis, lineisque cæruleis plurimis. *Habitat in America ſeptemtrionali.* Opercula *ſubſerrata. Faſcia prior ab humeris per latera thoracis ad pinnas pectorales. Lineæ cæruleæ plures, longitudinales, parallelæ. Caudæ pinna biloba, obtuſa.*
20. S. cauda bifida, faſciis argenteis nigriſque plurimis. *Arted. Gen.* 37. *n.* 9.
21. S. cauda integra, corpore albo, reticulato. Corpus *oblongum figura Pleuronectis N.* 6. Squamæ *laxæ ante marginem faſcia alba ad angulum rectum inflexa, unde piſcis reticulatus.* Dentes *primores magni,* 2 *ſuperiores,* 4 *inferiores.* Pinna dorſalis *longitudine fere dorſi.*
22. S. cauda integra, corpore ſupra vireſcente, ſubtus albo †. *Haſſelquiſt. itin.* 343. *n.* 76. *Habitat in lacu Genezareth Galilææ. Piſcatura prodigioſa Lucæ V. ex hoc piſce.*

142. LA-

142. LABRUS. (*) *Caput. Dentes* acuti. *Memb. Branch.* radiis VI. *Opercula* ſquamoſa. *Corpus. Pinnæ dorſalis* radii poſtice ramento filiformi aucti.

α. Cauda bifurca.

1. L. appendicibus transverſis ad caudæ latera †. *Arted. Synon.* 54. *n.* 4. Scarus. *Sub Tiberio Claudio in deliciis, ruminans; Piſcis bodie obſcurus.*
2. L. dentibus 4, vireſcens, cauda bifurca †. *Arted. Gen.* 34. *n.* 6.
3. L. totus rubens, cauda bifurca. *Arted. Synon.* 54. *n.* 3. *Catesb. car.* 2. *t.* 25.
4. L. maxilla inferiore longiore, cauda bifurca, lineis utrinque transverſis nigris. *Arted. Gen.* 35. *n.* 8. *Pinna dorſalis poſt radios ſpinoſos parte ſuperiore notatur macula nigra.* Raj.
5. L. cauda ſubbifida, corpore ſubgriſeo †. *Catesb. car.* 2. *t.* 9. *Catesbæus absque pinnis pectoralibus pinxit, an rite?*
6. L. pinna caudæ medio truncata, dorſali anique linea purpurea, labus plicatis. *Gron. muſ.* 2. *n.* 180. *t.* 6. *f.* 2.
7. L. cauda bifida, corpore faſciis, maculaque operculorum fuſcis.
8. L. viridi cæruleo ſanguineo canoque varius, cauda bifida. *Art. Gen.* 34. *n.* 3.
9. L. cauda bifida, operculis branchiarum pinniformibus.
10. L. pinna dorſali analique radiis 5 primis inermibus falcata.
11. L. cauda lunata, corpore toto fulvo. *Catesb. car.* 2. *t.* 11.

β. Cauda integra.

12. L. ſubfuſcus margine pinnarum dorſi pectoraliumque fulvo.
13. L. ferrugineus immaculatus, cauda integra.
14. L. lateribus cæruleſcentibus: vitta longitudinali fulva utrinque dentata. *Gron. muſ.* 2. *n.* 184.
15. L. cauda integra linea laterali curva, pinnis rufis, operculis coccineis.
16. L. pinna dorſi ramentacea, macula nigra ſupra caudam, ſpinis dorſalibus 9. *Sparus Bergsnyltra. It. Weſt.* 179.
17. L. pinna dorſi ramentacea lineis albis fuſcisque.
18. L. fuſcus, cauda rotundata, radiis membranam ſuperantibus.
19. L. pinna dorſi ramentacea, ocello in medio ad baſin caudæ.
20. L. roſtro ſurſum reflexo cauda in extremo circulari. *Arted. Gen.* 33. *n.* 1.
21. L. pinna dorſi ramentacea, macula fuſca in latere medio & ad caudam. Sciæna. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 66.
22. L. pinna dorſi ramentacea, lineis parallelis fuſcoque punctatis. *Gron. muſ.* 1. *n.* 87.
23. L. pinna dorſi ramentacea anique variegata, lunula fuſca pone oculos.
24. L. cauda integra, pinnis dorſi anique nebulatis. *Haſſelq. it.* 346. *n.* 78.
25. L. labiis plicatis, pinna dorſali radiis 30.
26. L. pinna dorſi ramentacea, antice macula fuſca. Sciæna. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 65.
27. L. pinna dorſi ramentacea, abdomine cinereo fuſcoque maculato.
28. L. viridis, linea utrinque cærulea. *Arted. Gen.* 34. *n.* 2.
29. L. cauda integra, pinnis omnibus flavis, palpebra ſuperiore nigra.
30. L. pinna dorſi ramentacea, corpore fuſco livido.
31. L. oblonga viridis, iride aurea. *Arted. Gen.* 34. *n.* 5.
32. L. pinna dorſi ramentacea, corpore lineis cæruleis, pinna ani ſpinis 3.
33. L. pinna dorſi ramentacea, corpore livido, vertice retuſo.

34.

(*) Labri & Spari *genera ob affinitatem etiamnum difficilius diſtinguuntur.*

34. L. oblongus, pinnæ dorſalis radio ultimo inermi. *Balk. M. Princ. n.* 48.
35. L. e flavo cæruleoque varius, dentibus anterioribus majoribus. *Art. Gen.* 34. *n.* 4.
36. L. cauda integra, corpore fulvo. *Catesb. car.* 2. *tab.* 10. *f.* 2.
37. L. cauda integra oculis radiatis, corpore cæruleo-maculato; faſcia pectorali caudæque fulva. *Catesb. car.* 2. *t.* 12. *f.* 1.
38. L. e purpureo viridi cæruleo nigroque varius. *Arted. Gen.* 35. *n.*
39. L. cæruleo-nigricans. *Arted. Synon.* 55. *n.* 7.
40. L. luteus, dorſo purpureo, pinna a capite ad caudam continua. *Arted. Synon.* 56. *n.* 8.

143. SCIAENA. (*) *Caput* ... *Membr. Branch.* radiis VI; *Opercula* ſquamoſa & totum caput. *Corpus*: *Foſſula* dorſi pro pinna dorſali recondenda.

1. S. capitis lateribus ſquammarum ordine duplici.
2. S. pinna dorſali intra 2 folia ſquamea recondenda.
3. S. macula fuſca in medio utriusque lateris.
4. S. nigro varia, pinnis ventralibus integerrimis. *Arted. Gen.* 39. *n.* 2.
5. S. maxilla ſuperiore longiore, inferiore cirro unico. *Arted. Gen.* 38. *n. Gron. M.* 1. *n.* 92.

144. PERCA. (†) *Caput*: *Opercula* ſquamoſa ſerrata. *Membr. Branch.* radiis VII. *Corpus* pinnis ſpinoſis.

α. Pinnis dorſalibus duabus diſtinctis.

1. P. pinnis dorſalibus diſtinctis, ſecunda radiis 16. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 96. Ovarium *unicum. Piſcatur in determinato profundo. Cibo ſalutaris cum Petroſelino laudatur.*
2. P. pinnis dorſalibus diſtinctis, ſecunda radiis 23. *Fn. Suec.* 285.
3. P. pinnis dorſalibus diſtinctis, ſecundæ radiis 13. *Arted. Gen.* 40. *n.* 3.
4. P. pinnis dorſalibus diſtinctis, ſecundæ radiis 14. *Gron. Act. Upſal.* 1750. *p.* 39. *t.* 4.
5. P. pinnis dorſalibus ſubdiſtinctis, caudæ integra. *Haſſelq. it.* 359. *n.* 33.

β. Dorſo monopterygio, Cauda indiviſa.

6. P. pinnis dorſalibus unitis, radiis 15 ſpinoſis, 14 muticis, corpore lituris variegato. *Arted. Gen.* 40. *n.* 6.
7. P. pinnis dorſalibus unitis, cauda integra, corpore argenteo faſciis octo fuſcis. *Radii ſpinoſi dorſales lateribus argentei ſunt.*
8. P. pinnis dorſalibus unitis, corpore nigro, faſciis tribus albis. *Indica. Conjungit hæc Percas, Labros, Sparos, Chætodontes, ſed opercula ſpinoſa ad Percam refert.*
9. P. pinnis dorſalibus unitis, cauda indiviſa, pinnis omnibus lineis 2 punctatis.
10. P. pinnis dorſalibus connatis, radiis 11 ſpinoſis, 9 muticis.

11.

(*) Sciænæ *Genus medium eſt inter Labros & Percas, vix ſufficienter diſtinctum.*

(†) Percæ *Genus difficile diſtinguitur a tribus præcedentibus, quoniam differt ſolis operculis dentato-ſerratis.*

11. P. pinnis dorſalibus unitis, reliquis fulvis, macula nigra ad pectorales.
12. P. pinnis dorſalibus unitis, faſciis 5 longitudinalibus albis fuſciſque.
13. P. pinnis dorſalibus unitis, cauda integra, cæruleo punctato. *Cateſb. car.* 2. *t.* 7. *f.* 1.
14. P. pinnis dorſalibus unitis, cauda integra, corpore punctis ſanguineis aſpero. *Cateſb car.* 2. *t.* 14. Cugupuguacu. *Marcgr. br.* 169.
15. P. pinnis dorſalibus unitis, cauda integra, pinnis caudæ pectoralibusque flavis, capite ſcripto.

γ. dorſo monopterygio, cauda bifida.

16. P. pinnis dorſalibus unitis, pectoralibus apice flavis, cauda lunata, corpore punctis ſanguineis. *Cateſb. car.* 2. *t.* 5.
17. P. pinnis dorſalibus unitis, cauda bifida nigra margine albo, corpore lineis luteis. *Cateſb. car.* 2. *t.* 7. *f.* 2.
18. P. pinnis dorſalibus unitis, cauda bifida, abdomine luteo, operculis ſtriatis, apice nigro fulvoque. *Cateſb. car.* 2. *tab.* 8. *f.* 3.
19. P. pinnis dorſalibus unitis, cauda biſurca poſtice rubra, abdomine luteo griſeo-lineato. *Cateſb. car.* 2. *t.* 8. *f.* 2.
20. P. pinna dorſali ramentacea, operculis inuſtis.
21. P. pinnis dorſalibus unitis, corpore lineis luteis. Sparus. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 88.
22. P. pinnis dorſalibus unitis, cauda bifida. *Americana.* Opercula *ſubſerrata. Radius ſecundus analis validiſſimus.* Cauda *nigra non eſt, qua differt a ſpecie* 17.
23. P. pinna dorſalis ramentacea, corpore lineis 5 albiſque. Sciæna faſciis 5 longitudinalibus albis fuſciſque alternis. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 66.
24. P. lineis 7 luteis, pinnis flavis, cauda bifurca. *Cateſb. car.* 2. *t.* 4.
25. P. pinnis dorſalibus unitis radiis 27, ſpinis 15, cauda bifida. *fn. Suec.* 286. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 94.
26. P. pinnis dorſalibus unitis, lineis corporis nigris. *Arted. Gen.* 40. *n.* 5.
27. P. pinnis dorſalibus unitis, cauda bifida, naribus tubuloſis.
28. P. pinnis dorſalibus unitis, cauda bifida, faſciis longitudinalibus 4 ſanguineis.
29. P. pinnis dorſalibus unitis, cauda bifida, corpore punctis albis lineato. *Balk. Muſ. princ. n.* 47. *Squamæ ſunt crenulatæ.*

145. GASTEROSTEUS. *Caput* .... *Membr. Branch.* radiis III. (*Arted.*) *Corpus* ad caudam utrinque carinatum. *Aculei* diſtincti ante pinnam dorſi.

1. G. ſpinis dorſalibus tribus. *fn. Suec.* 276.
2. G. ſpinis dorſalibus quatuor. *Act. Stockb.* 1755. *p.* 71. Scomber ductor. *Haſſelq. it.* 366. *Pelagicus Squali ſatelles, medius quaſi inter* Gaſteroſteos & Scombros; *at convenit cum illis ſpinis ante pinnam dorſalem diſtinctis & cum Gaſteroſtei ſpecie* 5 *caudæ lateribus carinatis, quamvis a* Gaſteroſteis *differat Membrana branchioſtega oſſic.* 7.
3. G. ſpinis dorſalibus ſeptem, ſpiniſque duabus ante pinnam analem.
4. G. ſpinis dorſalibus ſeptem, prima recumbente, corpore ovato. *Aſiaticus, oblongo-ovatus, compreſſus, figura Chætodontis.* Maxillæ & *Labiorum dentes ſcabri*, Spinæ 7 *ante pinnam dorſi diſtinctæ & alternatim ad latera directæ, harum* 1*ma minima*, 2*da paulo longior.* Spinæ 2 *validæ ante p. ani. Differt a* Gaſteroſteis *reliquis membr. branch. radiis* 6, *nec* 3. *Caret* Scutello *thoracis oſſeo, an itaque Labris annumerandus vel Gaſteroſteis.* Spina 1*ma dorſi antrorſum decumbens fixa ut in Scombris quibuſdam.*
5. G. ſpinis dorſalibus decem. *fn. Suec.* 277.
6. G. ſpinis dorſalibus 13, cirris ſenis, pinnis pectoralibus corpore longio-

gioribus. Perca. *Gron. Muſ.* 2. *n.* 191. *Radii* dorſales 13, *priores baſi tantum membrana nexi & ſpinoſi. P.* Pectorales *corpore longiores volantes.* Cauda *ſupra & infra aculeis* 3 *minimis.*

7. G. ſpinis dorſalibus quindecim. *Arted. Gen.* 52. *n.* 3.
8. G. capitis poſtico ſpinis quaternis ſerrulatis longitudine abdominis. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *t.* 32. *f.* 5.

146. SCOMBER. *Caput* compreſſum, læve. *Membr. Branch.* radiis VII. *Corpus* læve; linea laterali poſtice carinatum. *Pinnæ ſpuriæ* ſæpius verſus caudam.

α. Pinnulis ſpuriis diſtinctis.

1. S. pinnulis quinque. *fn. Suec.* 287. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 81. *Victitat Meduſis ut congeneres; lucet in tenebris.*
2. S. pinnulis inferioribus 7, corpore lineis utrinque quatuor nigris. *Osbec. iter.* 67.
3. S. pinnulis utrinque octo. *Arted. Gen.* 31. *n.* 2.
4. S. pinnulis decem, linea laterali loricata. *Gronov. Act. Upſal.* 1750. *p.* 36.

β. Pinnulis ſpuriis connatis.

5. S. pinnulis nullis, ſpina dorſali recumbente. *Arted. Gen.* 32. *n.* 5.
6. S. pinnulis unitis, ſpina dorſali recumbente, linea laterali loricata. *Arted. Gen.* 31. *n.* 3.
7. S. pinnulis unitis, radio ultimo dorſalis poſterioris longiore. *Arted. Gen.* 31. *n.* 4.
8. S. pinnulis, pinnaque dorſali coadunatis in unum. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p* 72.

147. MULLUS. *Caput* compreſſum, declive, ſquamis tectum. *Membr. Branch.* radiis III. *Corpus* ſquamis magnis facile deciduis.

1. M. cirris geminis, corpore rubro. Trigla. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 99. *Deſquamatus ruber. Romanorum in eo ſumma gulæ inſania, teſte Plinio, Seneca, Horatio, Juvenali, &c. Emebatur olim argenti puri pondere, ideoque non edat Mullum, qui eum cepit.*
2. M. cirris geminis, lineis luteis longitudinalibus. Trigla. *Art. Gen.* 43. *n.* 2.
3. M. imberbis. Trigla. *Arted. Gen.* 43. *n.* 3.

148. TRIGLA. *Caput* loricatum, lineis ſcabris. *Membr. Branch.* radiis VII. *Corpus: Digiti* liberi ad pinnas pectorales.

1. T. digitis geminis, roſtro furcato, elongato, corpore loricato. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 98. Pinnæ Ventrales *adnexæ pectoralibus.* Cirri *plures ad labium inferius.* Os *edentulum.*
2. T. digitis ternis, naribus tubuloſis. *Arted. Gen.* 46. *n.* 9.
3. T. digitis ternis, dorſo maculis nigris rubriſque. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 101.
4. T. digitis ternis, linea laterali mutica. *Arted. Gen.* 45. *n.* 7.
5. T. digitis ternis, roſtro ſubbifido, linea laterali ad caudam bifurca. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 100.
6. T. digitis ternis, linea laterali aculeata. *fn. Suec.* 281.
7. T. digitis quaternis. *Aſiatica.* Corpus *læve, teretiuſculum, argenteum.* Naſus *ſeu* Roſtrum *prominens, læve.* Os *intus ſcabrum.* Opercula *anteriora ſerrata.* Pinnæ *pectorales falcatæ.*
8. T. digitis vicenis palmatis. *Gron. Muſ.* 1. *n.* 102.

Ordo 4.

ABDOMINALES.

Pinnæ Ventrales *pone pinnas pectorales.*

